¶ Aliso igitur ꝙ nulla predictarum rationum sufficit ad cõcludẽdum formã substãtialem esse ponẽdam inquirẽdum esset An anima sensitiua preter rõnalem esset in hoie assignanda: ⁊ vt supius dicebatur venerabilis inceptor multis in locis tenet partem affirmatiuã signãter secũdo sentẽtiarum: ⁊ in quolibetis quã multis vijs probare nititur nobis autem ꝓpter aliqua superius posita positio illa ꝓbabilior videtur: ⁊ nisi esset aliqua auctoritas magni momẽti in oppositũ illud firmissime assereremus. Bre gorius tñ de animo secũdo sentẽtiarũ oppositum tenet ⁊ adducit quasdam rõnes quas argumẽta pro alia ꝑte in vigore notabiliter excedũt vt facile est videre. Sed vna auctoritas quã adducit ex libro de ecclesiasticis dogmatibus: videtur magis ꝓ eius opinione militare. Dr enim ibidem nec dicimus nos duas esse aias in hoie sicut q̃dam assirioꝝ asserebãt vnam: videlꝫ aialem qua corpꝰ animetur ⁊ aliã spiualem que rõnem ministret. Ex scõa ꝑte huiꝰ auctoritatis habetur nõ valere qõ dicit okam in quolibeto: vt primã partẽ saluet. dicit enim ꝙ de duabus aiabus rationalibus intelligitur: ⁊ notum est ꝙ illa auctoritas nõ patitur talem declarationem. Tenendo igitur animã sensitiuam cum rationali esse fatẽdum est illi auctoritati cõtrauenire: ⁊ dicere oportet ꝙ q̃uis aliqui dicant illum libꝝum ab Augustino esse cõpositum: hoc nõ tenetur ab oibus: immo magister sentẽtiarum in secũdo innuit germanũ fuisse illius libri auctorem: ⁊ sufficit ꝙ sint opiniones. Alias auctoritates beati Augustini adducit Gregorius q̃bus non clare ostẽditur augustinuꝫ fuisse illius opinionis quapropter nihil dicitur ad illas. Et ad argumẽta Okam nititur respondere: sed ad illud de iudicijs oppositis ⁊ oppositis appetitionibus simul existentibus de quibus alibi nihil quod satisfaciat dicit: patet intuenti ⁊ defensando suam positionem aliter videtur esse dicẽdus qõ pro alio loco reseruamus. Nec tenẽdo in homine plures esse animas nostre ꝓprietati obuiamus. dicebatur enim ꝙ naturaliter nõ sunt in eadem materia due forme substãtiales. Anima autem rationalis nõ producitur actione naturalis agentis: sed ex pacto diuino sic ꝙ positis preuijs dispositionibus ad illam animam sensitiuam requisitis infunditur a deo anima rationalis sicut producitur anima sensitiua ab agente naturali. Et illis preuijs dispositionibus corruptis sicut anima sensitiua euanescit sic anima rationalis desinit materiam informare ⁊ omnia quo ad productionem anime rationalis: et separationem eius miraculose continguntur sicut contingerent si preuie dispositiones naturaliter ad ipsam animam rationalem ordinarentur essent ad eius conseruationem in materia requisite. Sed redeundo ad formam corporeitatis non videtur illa positio rationabilis primo omnia saluari possunt non posita illa forma. igitur. Istud argumentum est in hac parte maioris ponderis postq̃ materia non patitur rationem demonstratiuam. Secũdo vel illa forma corporeitatis requirit in materia conseruatiuas qualitates vel non. Si primum (sicut de qualibet alia forma substantiali saltem corporali dicendum est) Arguitur sic ille qualitates possunt ab agente naturali corrumpi. igitur talis forma corporeitatis corrumperetur. et per consequens potestati naturalis agentis subiacet. Absurdum enim esset dicere qualitates cõseruatiuas eius esse incorruptibiles. Secundum non est dicendum: quia non est maior ratio ꝙ absq̃ dispositionibus: vel conseruatiuis qualitatibus informetur materia forma corporeitatis q̃ alijs formis extensis. et nisi dicatur aliquid contra communem phisicam vꝛ dicetur ad istud aliquid quod satisfaciat: quia vel oportet dicere ꝙ illa forma non requirit conseruatiuas qualitates: vel ꝙ ille non possunt corrumpi/q̃cum sint accidẽtia intensibilia ⁊ remissibilia/possunt actione naturalis agentis tantum remitti ꝙ formam corporeitatis conseruare non sufficiant. ¶ Istis ergo itaq̃ omissis prefata proprietas posset sic probari experimento cognoscitur ꝙ per introductionem vnius forme preexistens corrumpitur patꝫ cum ex ligno fit ignis: ergo ille forme non possunt ad invicẽ se compati. Si enim possent simul in eadẽ materia esse/non oporteret ꝙ propter aduentum vniꝰ alia etiam corrumperetur. Fatemur enim ꝙ ista ratio non est efficaciter probatiua/et ꝙ saltem non sufficit. Et ad probãdum nullas formas substantiales se compati/q̃uis de aliquibus illud persuadeat. nec etiaꝫ ipse satisfacit dicere ꝙ sit de omnibus vna et eadem ratio: quia illud probaret nulla accidentia se compati posse: cum albedo et nigredo possent simul existere: et vix potest vt in principio dicebatur hoc efficaci ratione probari. ¶ Et forte circa primum de generatione dicemus narrabimusq̃ aliqua que ad intelligentiam perfectam et pleniorem huius proprietatis cõducent: que quidem propriprietas est vnum de fundamentis ad probandum istam propositionẽ ibidẽ positam generatio vnius est corruptio alterius.

Tenet venerabilis inceptor okã i hoie aiaꝫ sensitiuam esse ponendam.

Actiõe naturali non ꝓducit aia rõnalis.

¶ Dici etiam communiter solet ꝙ forma substantialis dat esse specificum/⁊ dat esse rei/⁊ cõseruat remin esse nihil aliud est dicere q̃ ꝙ formã substantialẽ vna res naturalis ab alia specie distinguitur: ⁊ non per materiã cum omniũ generabilium ⁊ corruptibilium eadẽ sit materia: vt dictum est; et non minus bene ad

Quid sit formaꝫ dare rei esse specificũ.

existentiam rei naturalis requiritur materia ꝗ forma: et p cõsequẽs ita bene dat esse rei. Sed attribuitur illud forme: quia non põt forma substantialis extensa existere quin ipsa res naturalis cuius est pars existat: sed bene materia alia forma informata. solet etiam dici formã substãtialẽ in materiã recipi ad differentiã accidentalisque toti composito dicitur aduenire. Et de proprietatibus forme substantialis dicta sufficiant. Finitur tertia pars.

Quare attribuit forme dare eẽ rei.

¶Sequitur quarta pars primi libri ꝓprietates forme accidentalis cõtinens.

Obiecta sensuũ sũt accidẽtia.

Quãquam obiecta sensuum accidentia sint vt scdo de aia traditur: et oĩs humana cognitio a sensu incipiat vt ex traditis primo capite primi posteriorum colligit ad rerũ quidditates cognoscendas maxime cõducunt accidẽtia. Sit igit forme accidentalis ista prima ꝓprietas. Accidẽtia magnã ptẽ cõferũt ad cognoscendũ qd quid est.

Accidẽtia magnã ptẽ cõferũt ad cognoscendũ qd quid est.

Canis odore percipit qualitatez comestibilis.

Canis odore percipit qualitates comestibilis. Color: ⁊ q̃litates tãgibiles nõ nimis bñ inducũt nos ĩ cognitionẽ substantie.

Figura inducit nos ĩ cognitionẽ q̃dditatis.

Accidẽtia magnã ptẽ cõferũt ad cognoscendũ qd quid est. vt in primo de aia inq̃t pbs. Unde per colorez p aliasq̃ qualitates que sensu tactus percipiũtur/ per odorẽ et saporem in cognitionẽ substantie deuenitur. Tãta enim est odoris virtus ad deueniẽdũ in cognitionem substãtie ꝗ canis odore percipit cibũ eẽ sibi cõuenientem. Et inde est ꝗ regulariter priusq̃ comedat nititur odore percipere qualitatẽ comestibilis. De sapore non est questio: sed color et qualitates que sensu tactus ꝓcipiunt/ cuiusmodi sunt caliditas/frigiditas/ non ita bene indicunt nos in cognitionẽ substantie cũ contingat res diuersarũ specierum simili colore esse coloratas/ ⁊ qualitate tactiua qualificatas. Sed ex dictis põt accipi argumentũ ad ꝓbandũ figurã esse accidens distictũ a re figurata: cõstat enim aliam rem specie distictã ab hoĩe esse simili colore colorata: ⁊ illa res sit gratia verbi lapis/ visu tamen sortes percipit vnũ esse hoĩem ⁊ aliud lapidem: ⁊ cũ etiam si intellectu percipiat cognitio illa intellectiua originẽ habuerit a sensitiua aliquid igitur ꝓcipit sensu in vno ratiõe cuius iudicauit illa esse distincta: ⁊ illud nõ erat color cũ in eis colores sint similes. Et cũ nihil aliud preter figurã sit assignandũ relinquit figuram esse accidens a re figurata distinctũ: q̃ aliꝯ non cognoscerẽt sensu. Ad quod põt responderi ꝗ preter odorem ⁊ saporẽ nihil est qd magis indicat in cognitionẽ quidditatis rei q̃ figura vt oĩbus est manifestũ: sed ex hoc non sequit figurã esse distinctũ accidens a re figurata ad intẽtionem argumẽti. Bene verũ est ꝗ ex illo infertur ꝗ oportet dare aliquã figurã ab aliqua re figurata distinctã/ puta colorem ipsum isto vel illo modo dispositũ. Unde ex eo ꝗ visus percipit albedinem vel nigredinẽ/ vel aliquẽ aliũ colorem in diuersis diuersimode esse dispositũ quo ad figuram iudicat intellectus illa specie distinguit: sed non oportet ꝗ semper ex diuersitate figurarum iudiciũ tale insurgat: quia quãdo sunt alia accidentia similia virtute quorum iudicat identificari illa que sensu obiiciuntur diuersitas in figura non sufficit causare iudiciũ q̃ illa specie distinguuntur. omnibus istis stantibus contingit ꝗ sensus ⁊ intellectus frequẽter decipiãtur. Unde notanter dicit aristoteles ꝗ accidẽtia magnam partem cõferunt ad cognitionem quidditatis rei/ ac si diceret ꝗ conducunt ad cognitionem: non ꝗ ex illis semper certa cognitio quidditatis rei debeat resultari: sed ista ex dicendis circa libros de aia euadent notiora.

Sensus et intellectus frequẽter decipiũt.

¶Secunda proprietas forme accidentalis. Quelibet accidentalis forma intensibilis ⁊ remissibilis est. Proprietas hec fm diuersas opiniones de intẽsione ⁊ remissione formarum venit diuersimode declarãda. Est enim opinio cuiusdam simplicij vocati intensionem et remissionem fieri vnius forme per maiorẽ vel minorem admixtionẽ cum suo contrario. Unde imaginatur sic opinio ꝗ cũ caliditate remissa est admixta frigiditas: et precise per corruptionem illius frigiditatis nullam caliditatem de nouo habita caliditas fieret intensior: et fm istã positionem diceretur intẽdi et remitti forma accidẽtalis: quia potest magis ⁊ minus suo contrario admisceri: quod forme substãtiali non conuenit substantie enim nihil est contrariũ. Positio hec inferius improbabitur cũ suo fundamento: et pro nunc dicitur ꝗ si illo modo oporteret intẽpretari proprietatem propositã nõ concerneret omnes formas accidẽtales/ cum multe sint accidentales forme non habentes contrarium sicut multe noticie ⁊ lumen quod cum nulla qualitate dicitur repugnãtiam habere.

Intensio et remissio accidẽtis ꝗ ꝓprietas constituit.

Opinio simplicis intentionis.

Non omnes oẽs formes accidẽtales contrarias.

¶Alia est opinio sancti thome de intensione et remissione formarum ꝗ valet intensio forme accidentalis fit non per productionez qualitatis eiusdem speciei: sed ꝓ diuersum modum essendi: ita ꝗ cum primo aqua suscipit calorem in aliquam partem sui ab igne in eadem parte est totus calor qui erit: licet aqua per magnum tempꝰ post prope ignem maneat sed ille calor efficitur intensior per diuersum esse quod habet: quod proueniet ex maiori radicatione in subiecto. Positio hec inferiꝰ argumentis ferme euidentibus impugnabitur: et ꝓ nunc sufficiat dicere ꝗ non est plene intelligibilis: quia si maior radicatio in subiecto proueniat ex diuturnitate accidens quod diutius mansit in subiecto deberet intensus esse: quod est manifeste falsum. Item simili ratione diceret forma substantialis intensibilis ⁊ remissibilis: quia vna magis q̃ alia diuturnior existit.

Sãctꝰ thomas de intẽsione et remissione fieri per cationem subiecti.

¶Alia est opinio Godofredi de fontibus quam amplexatus est Galterus burleus in suo tractatu de intensione et remissione formarum: ꝗ intẽsio sez forme accidentalis fit per ꝓductionem forme magis distãtis a nõ gradu sed nõ per additionẽ vnius ad alterã hoc declaratur imaginandũ est vnũ extremũ ad quod exclusiue terminat forma accidẽtalis ꝗ vocat nõ gradus talis forme sicut non gradus caliditatis non gradus frigiditatis. vnde vt intelligibiliter dicatur; non gradus caliditatis est vnus terminus cõnotatiuus supponens ꝓ aliquo susceptiuo caloris cõnotãdo ꝗ nihil in se caliditatis cõtineat iam dr ꝗ caliditas vt duo: dr intensior q̃ caliditas vt vnũ: q̃ magis distat a nõ gradu: q̃ duobus gradibus vbi alia ꝓcise vno ⁊ nõ q̃ plures in se gradus caliditatis cõtineat vna q̃ alia. Positio hec inferius ⁊ declarabitur ⁊ practicabitur ⁊ ꝓbabilibus: ⁊ si nõ efficacibus argumẽtis improbabitur ⁊ pronũc sufficiat dicere ꝗ ꝓpetas ꝓposita põt ꝓbabiliꝰ illa via declarari: q̃ cũ formis accidẽtalibus sit assignãda illa maior: vel minor a nõ gradu distãtia ⁊ nõ in formis subalibus dicitur forme accidẽtales intẽsibiles ⁊ remissibiles subales vero minime.

Hic tangitur positio de intẽsione et remissione.

Tangitur hic cõis opinio de intensione ⁊ remissiõe.

¶Alia est opinio de intensione ⁊ remissione formaꝝ nõ minus ꝓbabilis q̃ cõis quam doctor subtilis guillermus okam gregorius de arimino iohãnes buridanus ⁊ magna caterua doctissimoꝝ viroꝝ insequũtur ꝗ intẽsio videlz forme accidẽtalis fit p additionem vniꝰ ad aliã eiusdem spẽi in eadem pte subiecti adequate: quod declaratur dato subiecto aliquo calido: vt vnũ efficitur ab aliquo calefactiuo calidius p ꝓductionem alterius caliditatis pexistẽti addite per idem subiectũ extẽse: ⁊ sic fit intẽsio ⁊ efficeretur minus calidũ p remotionem alicuiꝰ ptis caliditatis pexistẽtis a toto subiecto: ⁊ sic fit remissio isto modo intellligẽda venit nostra ꝓprietas que forme substãtiali est extranea cũ illa nõ sic cõtineat ptes. Non eim contingit aliquã partem forme substãlis a suo subiecto auferri quin tota ab illo auferatur. Nec cõtingit vnã formam substãtialem in eodem subiecto adequato alteri addi. ⁊ sic nõ abs re illud tanq̃ forme accidẽtalis proprietas assignatur.

¶Contra quam quidez ꝓprietatem arguitur sic. Non ꝗtingit duo accidẽtia solũ numero differẽtia inherere eidez subiecto vt famosa auctoritas sonat: ergo nulla forma accidẽtalis illo modo est intensibilis ⁊ remissibilis.

¶Item nõ est maior rõ ꝗ forme accidẽtali posset sic addi alia forma accidentalis eiusdez speciei q̃ forme substãtiali: ergo si primũ fieri potest scdm fieri contingit. ⁊ si nõ secũdum: nec primum fieri debet. Item adhuc ex illo modo declarãdi proprietatem nõ habetur ꝗ aliqua forma accidẽtalis sit intensibilis: q̃ illud cui fit additio non fit intensius: igitur.

¶Respondetur ad primum q̃ illa auctoritas est limitãda prout cõiter limitatur isto addito: sez non cõstituentia vnũ: ita ꝗ sic declarari debet: nõ contingit duo accidẽtia solum numero differẽtia eiusdem spẽi specialissime in eodem subiecto adequato simul existere nõ constituẽtia vnum: ⁊ hoc intelligẽdum est naturaliter: q̃ nihil videtur ꝓhibere quin dentur in eodem subiecto adequato due albedines ⁊ nõ constituãt vnam albedinez dñ deus nõ ꝯcurrat ad talem cõstitutionez. Sed qui vellet dicere ꝗ ex coexistentia ⁊ ex inherẽtia necessario dependet vnius albedinis cõstitutio bñ euaderet. ¶Ad secũdum dr negãdo añs ⁊ difficillimum est assignare rationẽ quare potius illud forme accidẽtali q̃ substãtiali cõpetit nisi ad naturas formarum sit recursus. sed illud non satisfacit: q̃ postq̃ nec vnum nec aliud nobis constat euidenter non deberemus illud vni forme ⁊ non alteri attribuere nisi aliqua ratio cogat postq̃ auctoritas in talibus nõ sufficit. Et nos rõnabiliter intensionem ⁊ remissionẽ forme accidentali attribuimus. et non substãtiali eo ꝗ ꝓdecessores sic dixerũt. Sed ratio ꝓpter quam ipsi moti fuere non est in foribus ⁊ non satisfacit dicere ꝗ illud ideo dicitur: q̃ licet dicat aliquid esse calidius alio. ⁊ minus calidũ nõ tñ dicitur ꝗ est aliquid magis ignis q̃ aliud nec magis homo vel minus qd prouenit ex eo ꝗ caliditas ratiõe cuius aliquid dicitur calidum potest intẽdi vel remitti. ⁊ non forma ignis. Et hoc est qd solet dici substantiam videlicet non suscipere magis nec minus. Non satisfacit inq̃ hoc: q̃ hoc est qd queritur. Quare sicut aliquid dicitur calidius alio nõ dicitur aliquid magis equus q̃ aliud. Cõmẽtator auerroys tenuit formas substãtiales elemẽtorum esse intensibiles ⁊ remissibiles. qd maiorem difficultatez ingerit. Dicebat enim ꝗ inter oẽs formas substãtiales forme elementorũ infimum gradum perfectiõis obtinebãt. ⁊ illas participare aliquãtisper formarũ accidentaliũ naturam. ⁊ intendi et remitti sicut forme accidẽtales. ⁊ secundũ eum non esset proprietas posita precise formas accidentales comprehendens. pauci vel nulli sunt qui ipsum in hac parte insequantur. alibi tangetur sua opinio ⁊ ad propositum redeundũ videtur esse dicendum ꝗ forme accidentales dicuntur intendi: q̃ vt experiẽtia docet vna caliditas est alia intẽsior. et caliditas caliditati addita vnam caliditatẽ constituit cum prima. quod forme substantiali non competit. Due enim caliditates possunt se penetrare ⁊ nõ due forme substãtiales: illa se penetrare dicuntur que simul in eodem sunt adequate. Sed dices vnde talis penetratio conuenit formis accidentalibus ⁊ non substãtialibus. Dices forte ꝗ ex naturis formarũ nõ plene hoc satisfacit postq̃ non magis vnum q̃ aliud constat nisi ex communi modo opinandi. Dici posset ꝗ forma accidentalis ordinatur ad forme substãtialis introductionẽ. et cum non q̃libet intẽsio eius ad hoc sufficiat oportet ꝗ ad debitam perueniat intensionem. ⁊ sic per additionẽ vnius forme ad aliaz constituitur sufficiens ad forme substãtialis introductionem: sed cum forma substantialis non sit via ad aliam formam sicut forma accidẽtalis non esset aliquis finis propter quem ex vna forma substantiali: et alia penetratiue se habente cum illa vna forma constitueretur. ¶Sed q̃uis hoc videatur non omnino improbabile non tamen plene satisfacit: quia alique sunt forme accidentales intensibiles et remissibiles que ad nullius forme substantialis productionem ordinantur sicut lumen ⁊ spirituales qualitates: ⁊ tales non deberent intendi nec remitti. sed posset adhuc dici ꝗ postq̃ aliqua accidentia intendunt ⁊ remittuntur ⁊ equalis debeat esse de omni

Tenuit cõmẽtator formas substãtiales elemẽtorum esse intẽsibiles ⁊ remissibiles.

Rõ q̃re forma substãlis sicut forma accidẽtalis nõ dr intẽsibilis et remissibilis.

Universidad de Deusto Biblioteca

bus ratio omnes ferme accidētales debent intensibiles ⁊ remissibiles reputari: sed nulla est forma substantialis cui intensio competat. Fatemur tamen hoc non plene satisfacere: ⁊ illud relinquimus magis curioso indagatori.

¶ Ad tertiū respondetur cōmuniter ꝙ forma dicitur intēdi ad talem sensum ꝙ ex illa ⁊ addita resultat vna intēsio: ⁊ dicitur remitti: qꝛ per corruptionez alicuius eius partis remissioꝛ manet: ⁊ quia de intēsione ⁊ remissione formaꝝ est futurus copiosus sermo nō insistitur impresentiarum circa istam proprietatem.

¶ Sequitur tertia forme accidētalis ꝓprietas.

Forma accidētalis aduenit toti cōposito.

Forma aduenit toti opposito. Pro intelligentia huius proprietatis Sciēdum est ꝙ forma substantialis dicit materie prime aduentre: vt in primo de generatione solet practicari: qō aliqui sic declarant. forma substantialis non presupponit nisi materiā primam: sed forma accidentalis presupponit compositum ex materia ⁊ forma substātiali hoc posset bene et male intelligi. relicto igit̄ malo sensu dicitur ꝙ forma accidētalis quando introducitur in materia/ vel materia est informata forma substātiali: ita ꝙ nunq̄ forma accidentalis producitur quin inueniat materiam forma substantiali informatā cum qua simul maneat/ vel simul cuz ea forma substātialis producatur. hoc dicitur propter dispositionem minimā que sufficit ad introductionem forme substantialis (si talis detur) vel propter illā dispositionem cum qua forma substātialis producit: de quo supra. Sed nunq̄ forma substātialis producitur que simul cum alia forma substātiali existat. Et ideo dicitur forma accidentalis aduenire composito ⁊ forma substantialis materie prime. Et hoc est quod sub alijs verbis dici solet ꝙ forma substātialis presupponit susceptiuum in potentia. accidentalis vero in actu. Proprietas tamen hec fm opinionem multorum aliter veniret declaranda. Dicunt enim quidam ꝙ forme accidentales non subiectātur in materia sed in composito ex materia et forma substātiali: ⁊ sic diceretur forma accidētalis aduenire composito et non materie: quia in composito et non in materia subiectat̄. qō tn̄ forme substātiali nō oppetit.

Quare forma accidētal' toti cōpositoꝛ forma substātialis materie ꝑme aduēire dicatur.

¶ Contra istum modum dicendi arguitur sic. In homine materia est solum corporaliū accidētium subiectum si non ponatur in eo nisi anima intellectiua vt actores huius modi dicēdi tenent: ergo in quolibet alio composito materia est subiectum accidentium. consequentia claret et antecedēs probatur: anima intellectiua est indiuisibilis: ergo non posset simul cum materia subiectum esse accidentis corporalis. sed forte negabis cōsequentiā cū illis qui organum dicūt esse compositū ex materia et anima rationali qō dicunt esse subiectū noticie sensitiue que vtiq̄ accidēs corpale est ⁊ extēsum. sed de alijs formis accidentalibus cōtendimus.

¶ Secundo arguitur: preuie dispositiones que ad productionem alicuius forme substantialis naturaliter diriguntur manent post corruptionem forme preexistentis noua forma introducta: ergo ille dispositiones nō subiectātur in composito. ista consequentia claret: quia ad corruptionem forme preexistentis sequitur corruptio totius compositi: ⁊ si esset subiectum totum compositiuz illarum dispositionum ex consequente corrumperentur cum non contingat subiecto destructo accidēs ei inherēs naturaliter existere. antecedens ꝓbatur: ille dispositiones precedunt vt materia disponat̄ ad introductionē forme: ergo manēt post eius ꝓductionem: qꝛ si in instāti ꝓductionis substātialis forme ille dispositiones nō sint in illo instāti materia esset indispositia: ⁊ p̄ consequēs minus apta ad susceptionē foꝛe cū ipsa materia inepta absq̄ dispositionibus existimatur. Secūdo idē antecedens probatur si ille dispositiones corrupta forma existēte corrūperētur hoc esset a corrūpēte formā preexistentem: ⁊ producente formā ꝓducendam: sed hoc non/ cū nullam contrarietatem habeant respectu earundem: ⁊ ipm agēs fuerit ipsarum productiuum: ridiculum est dicere ꝙ ab ipso agente corrumperentur signāter cum debeat ipsum agens similes dispositiones cum forma introducenda producere. Superuacaneum esset illas destruere.

¶ Sed ad hoc fouentes positionem respondent ꝙ ille dispositiones corrumpūtur ab introducēte formā ꝓducendā non de p̄ se et ex principali intentiōe: sed de p̄ accidēs. ⁊ quasi ex consequēte. ad qō nō requirit ꝙ habeat cū illis aliquā oppositionē. ⁊ cū illo stat ꝙ ipsum agēs sit productiuū ipsarū illud eim̄ agēs corrūpit formam preexistentē cū qua hz cōtrarietatē ad bonū sensum ex ꝓsequēte corrūpitur cōpositū qō erat subiectū ꝓuiaꝝ dispositionū ad cuius quidē corruptionez seq̄tur illarū dispositionū corruptio.

¶ Sed cōtra hoc arguitur sic. Primo ex illo seq̄tur ꝙ supuacanee ꝓducūtur ille dispositiones postq̄ debēt corrūpi. Secō ille q̄ cū forma substātiali ꝓducūtur ꝓducerent̄ in instanti scōm se ⁊ qualibet partē sui qō absq̄ necessitate non dz agenti naturali attribui. Forte ad primū diceret̄ ꝙ ille preuie dispōnes p̄cedūt lz debeāt corrūpi vt cōpositū corrūpat̄. Cōtra illud est maius incōueniēs: qꝛ sequeret̄ ꝙ ille dispōnes ordinarent̄ ad corruptionē sui ꝓseruationi si in eodez cōposito subiectant̄ pz seq̄la: qꝛ subiectū est cōseruatiuū accītis. ⁊ inherētis mō sicut ꝓseruatiuū alicui appetit illud qō ꝓseruat cōseruare. ita illud qō cōseruat̄ appetit ꝙ suū ꝓseruatiuū in esse ꝓseruet̄. ⁊ mirū est ꝙ caliditas aque discō nenat: ⁊ ꝙ aqua dicatur subiectū caliditatis et postq̄ quodlibet subiectū habet suū accidēs cōseruare aqua iam conseruaret caliditatez: ⁊ per consequēs nō deberet forma substātialis aque caliditatem corrūpere: qō est cōtra superi' dicta et cōmuniter loquentes. ⁊ hoc patet: quia plus sufficeret tota aqua ad conseruandū caliditatez

Sicut ꝓseruatiuū appetit illud qō conseruare ita illud qō ꝓseruat̄ appetit cōseruari

q̄ forma aque ad corrumpendum eādez. ¶ Tertio probatur illas preuias dispositiones in productione forme substātialis manere: si tales dispositiones precedētes nō manent in instanti productiōis forme: sequeretur ꝙ materia existēte disposita ad vnam formā sez terre posset naturaliter produci forma alia omnino cōtrarias dispositiones prerequirēs qō nullus phisicus diceret. sequela probatur sit casus ꝙ vnū lignū ad formam terre disponatur et sit aliquis ignis distās qui cōtinue moueatur versus hoc lignū taliter ꝙ in eodez instāti in quo corrūpetur forma substātialis ligni ipse ignis primo sit in distantia debita ad agendū in materiam illius ligni ⁊ sit ignis potētioꝛ q̄ agens illud quod ad formā terre disponitur hoc posito cōstat ꝙ aliqua forma substātialis producetur in illa materia quia ibi est agens naturale sufficiens ad agendum. ⁊ ipsa est sufficiens ad recipiendū ⁊ in distātia debita: sz nō producetur forma terre quoniā in instāti corruptionis forme substantialis ligni non est aliqua preuia dispositio ad formam terre in illa materia q̄uis prefuerit eo ꝙ ad corruptionem forme ligni sequitur earūdem corruptio: ⁊ per consequens ipsa materia protunc nō est magis disposita ad formaz terre q̄ ad formā ignis: q̄uis prius erat magis disposita ad formam terre. Cum igitur ignis sit eque sufficienter ꝓpinquus sicut inductiuum forme terre et sit potentioꝛ seclusa dispōne materie ad aliam formā: sequitur ꝙ producet in eam formā ignis. ¶ Istud argumentuz quod est dñi gregorij de arymino in forma secūdi sentētiaꝝ distinctione duodecima est eruditi phisici: sed fractiones quasdā patitur. Primo nō datur instans corruptionis forme ligni nec alterius quod sit vltimum instans esse sui. ⁊ si illud instans sit primū nō esse forme que debet corrumpi cum per nulluz instans debeat naturaliter materia absq̄ forma esse oporet ꝙ in illo instāti alia forma materia informetur et negaret aduersarius ꝙ in illo instanti nō sunt dispositiones ad formaz terre cōferentes. Non que prefuerunt sed sunt alie q̄ in illo instāti cum forma substātiali terre introducūtur. Et si dicat Gregorius de arimino in illo instāti est ignis potentioꝛ in debita distantia: ergo habet maius ius (vt sic dicatur) sup materiā q̄ agens introductiuū forme terre: hoc nō admitteretur qꝛ qn̄ in illo instāti ignis esset in pūcto terminatiuo maxime distantie per quā posset agere (si talis daretur) immo qn̄ esset p̄ diuinā potētiam in aliquo alio pūcto intrinseco sphere actiuitatis eius in illo instāti prio positus relictus suis naturalibus prius ageret in medio interclusointer ipm ⁊ materiam ligni q̄ in illā materiam et in illo instanti nihil prohibet quin inductiuū forme terre inducat formaz terre: quia ignis nō sufficit pro illo instāti illud impedire. Itē postq̄ successiue debet forma ligni corrumpi non dabitur primum instans non esse eius secundum se et quodlibet sui. Sed vt argumentum currat et iste fractiones locum non habeāt ad probandum intentū videtur ꝙ sic debet poni casus detur minimum naturale seorsum existens et vnū agens forme terre inductiuū inducens in illud preuias dispositiones ad formaz terre per totā vnam horā taliter ꝙ instans terminatiuū hore sit primū non esse forme ligni illius minimi et in alia eadē hora sit vna ignis ex alia parte qui inflāmet materiaz medij interclusi inter ipsum et illud minimū lignum sic ꝙ illud instans hore terminatiuum sit primuz instans inflāmationis totius medij et actiuitas ipsius ignis excedat actiuitatem agentis forme terre inductiui iam in illo instanti casus isto posito (qui nullaz repugnantiam presupponit nec aliquod miraculuz requirit) ignis producet in materiam illi minimi lignei formā ignis et tamē dispositionibus ad formā terre cōferentibus disponebatur. igitur non occurrit admisso casu quid est ad argumentum dicēduz ꝙ aliqualiter satisfaceret. Nec valet dicere ꝙ manēcibus dispōnibus esset eadem difficultas: qꝛ dispōnibus prius inductis nō existētibus in illo instāti nō est aliquid qō p̄hibeat ne forma ignis inducatur: sed vbi ille dispōnes essent in illo instāti resisterent igni ⁊ inductiuū forme terre induceret formā.

Obiectitur ꝙ si nō manent p̄ne dispositiones post introductionez forme substantialis seq̄tur magnū incōueniēs.

¶ Tertio ꝓbatur ꝙ forme accidētales in materia ⁊ nō in toto subiecto subiectētur sup posito ꝙ iter elemēta simbolisantia facilioꝛ est trāsitus sicut inquit aristoteles secūdo de gnatione. Elemēta simbolisantia dicūtur q̄ eādem qualitatez in specie participāt sicut ignis ⁊ aer. Facilioꝛem esse trāsitum est ꝙ facilius vnus ex alio generari cuius rōnem vel causam ipse pbs assignat: quia facilius inquit est vnum q̄ multa trāsmutare sicut si ex aere fiat ignis siccitas debet corrūpi caliditate manēte. aer eim̄ humidus ⁊ calidus dicitur: ⁊ ignis calidus ⁊ siccꝰ: vbi vult expresse ꝙ sola qualitas cōtraria in transmutatione elemēto simbolisantium corrūpatur altera simbola cōueniente remanēte: tūc sic vel illa simbola qualitas que remanet subiectatur in materia prima vel in toto composito. Si primum intentum. si secūdum nō posset destructo composito remanere.

Elementa simbolisantia.

Facilioꝛ trāsitus.

¶ Ad istud argumētum respōdent partem oppositam fouentes ꝙ non dz facilioꝛ esse trāsitus inter elemēta simbolisantia: qꝛ aliqua qualitas maneat: sed qꝛ agens nō intendit principaliter nisi qualitatem cōtrariam destruere: sed simbola quasi de p̄ accidēs ⁊ ex cōsequente corrūpitur ad corruptionem: videlz compositi etiā illa simbola qualitas nō resistit: ⁊ ꝓpterea facilioꝛ fit trāsmutatio q̄ quādo ex aqua ignis generatur ceteris paribus: qꝛ ibi duarum qualitatum esset resistētia frigiditatis: sez ⁊ humiditatis: licet ista euasio sit satis apparēs: non tamen ad mētem pbi qui loco p̄allegato expresse videtur dicere qualitatez simbolam remanere. Sed quid veritatis contineat illa sentētia pbi de transitu: scilz facilioꝛi inter elemēta simbolisantia ibidem pscrutabitur.

¶ Quarto ad idem caliditas que reperitur in cadauere statim post mortem inhere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat precise materie viuentis: igitur antecedens probat de cadauere hominis gladio interfecti vel illa caliditas pri' erat vel nō. si primū nō inherebat cōposito cū iam sit destructū. si secundū esset de nouo ,pducta et nō dabitur aliqd̄ introcens illā caliditatē q; nec interficies nec gladi' cum nullū illorum habeat virtutē inducendi caliditatez vt cōstat: igit̄. Si dicas ꝙ illa caliditas preexistebat ⁊ mānsit: quia inherebat cōposito ex materia ⁊ forma corporeitatis ad min' argumētum procedit cōtra illos qui precise in cōposito vnam formā substantialem assignāt ⁊ postq̄ vbi animal ante mortem fuisset frigidū si eodē modo gladio occideret frigiditas in cadauere inueniretur et forte intensior: ergo nec interficiens nec gladius sunt caliditatis inductiui.

¶Quinto ad idem vel introductionez formeſ ſubalis materia diſponitur p preuias diſpōnes vel cōpoſituz. ſi primū habetur ꝙ materie ille diſpōnes inherēt ⁊ p oēs formaꝫ accidētaliū materia eſt ſubiectū et ꝙ nec ſcōm nec tertiū eſt manifeſtū. Ridiculū enim eſſet dicere ꝙ compoſitū ⁊ forma diſponerētur ad ſuſceptionē forme. ex cui' introductiōe eorū corruptio ſequitur. ¶Alijs argumētis poſſet iſta poſitio de ſubiecto formarū accidentaliū improbari: ſz iſta viden̄t nobis efficacioza. Quibus cōſideratis facile eſt videri ſenſus noſtre ,prietatis ꝙ forme accidētales adueniūt toti cōpoſito ⁊ forma ſubſtātialis materie prime ſenſus (ſi vera ſit) nō eſt ꝙ accidētia inſunt cōpoſito: forma ſubſtātialis materie: ſz ſenſus eſt ꝙ q̄ū forma accidētalis ,pducit vel materia informat̄ forma ſubſtātiali p̄ exiſtēte vel ſimul cū ipſa forma accidētalis ,pducitur qd̄ d̄z ,ppter cām ſuperius aſſignatā. ⁊ ex hoc clarū eſt videre inter generationē et alterationem diſcrimē. vñ generatio eſt forme ſubſtātialis ,pductio ⁊ alteratio forme accidētalis inductio. qd̄ ideo d̄z q; aduerſarij inter illas trāſmutatiōes vt aſſignēt diuerſitatez cōpoſituz diſcūt ſubiectū accidētis ⁊ materiā forme ſubalis. ſed de hoc in primo de gnatiōe/et ſi in oppm̄ illius qd̄ dictū eſt de ſubiecto accidētis adducatur auctoritas cōmentatoris in de ſubſtātia orbis dicentis ꝙ ariſtoteles inuenit ſubiecta oīm accidentiū eſſe indiuidua ſubſtātie de quib' declaratū fuit ab eo eſſe cōpoſita ex formis et ſubiecto qd̄ eſt in potētia. i. materia ⁊ etiā afferatur dictū pbi in ſcdo de aia dicentis. ſubiectū autez accidētis eſt cōpoſitum ex materia ⁊ forma ſubiectum aūt forme ⁊c. Ex q̄bus auctoritatibus videtur exp̄ſſe de mēte pbi ⁊ ſui cōmētatoris eſſe: ſubiectum forme accidētalis nō eſſe materiam: ſed ip̄m cōpoſitum. debet r̄ndēri ꝙ postq̄ rōnibus magni pōderis oſtenſum eſt oppoſitū ille auctoritates debēt gloſari. vnde ab Ariſtotele ⁊ ſuio cōmentatore d̄z cōpoſitum eſſe ſubiectuz accidētis rōne materie cui inheret. Et ſi dicas propter idem dici debere ip̄m cōpoſituz ſubiectum forme ſubſtantialie ,ppter materiam cui inheret negatur ⁊ diſcrimen eſt: q; forma ſubſtātialis eſt altera pars compoſiti ⁊ non accidētalis. Sed dices aqua d̄z frigida; ergo et inheret frigiditas. Ad hoc valet diuiſio cōis ſcz de ſubiecto inheſionis ⁊ de ſubiecto denoiatiōis. Subiectum inheſionis eſt illud cui ineſt accidens. denoiationis vero qd̄ denoiatur a tali accidēte. Primo modo materia aque eſt ſubiectū frigiditatis. ſecūdo modo ipſa aqua: ⁊ ſolet bñ dici ꝙ licet diſtincta ſpecie ab eodē accidēte denoientur vnum poſt aliud ſicut vinum d̄z calidū ab caliditate ⁊ cadauer etiā calidu; d̄z ab eadem caliditate que manet poſt mortez: nō habetur accidens migrare de ſubiecto inheſionis ad aliud ſubiectum inheſionis: ſed bene de ſubiecto ad ſubiectum denominationis. Et hec pro iſta pro prietate ſufficiant.

Quare aq̄ d̄z frigida cum nō ſit ſubiectum frigiditatis.

¶Quarta ,prietas forme accidētalis.

Forma accidētalis p̄ minatur quo ad intēſionez quo ad remiſſionem.

Relibet forma accidētalis corporalis determinat ſibi certā intēſionez taliter ꝙ nō ſit reperibilis forma accidētalis corporalis ſub minori intēſione ⁊ extenſione ⁊ dabilis eſt forma accidētalis corporalis: ita intenſa ⁊ extenſa ꝙ nō poſſet reperiri intēſior ⁊ extēſior: hoc eſt dicere ꝙ tam quo ad remiſſionem q̄ quo ad intēſionez ⁊ quo ad paruam ⁊ magnā extenſionem forma accidētalis corporalis determinatur. Corporalis d̄z: quia ſpiālis cuiuſmodi ſunt qualitates anime rationali inherētes cum earū ſubiectum ſit indiuibile nullam ſibi determināt extenſionem: ſed bene intenſionē. Et vt exēplariter declaretur d̄z ꝙ eſt dabilis caliditas ita remiſſa ꝙ non poteſt nō exiſtens pars alterius remiſſior reperiri: ⁊ ita intenſa ꝙ nō poteſt intenſior dari: ⁊ ſicut prior remiſſiſſima ita ſecūda intenſiſſima diceretur ⁊ tam parue extenſionis dabilis eſt ꝙ non pōt non vnita ⁊ cōtinuata alteri caliditati dari minor. ⁊ tante extenſionis datur calor ꝙ ſit impoſſibile dare extēſionem: ⁊ prior minimus ſicut ſecūdus maximus calor diceretur. ¶Primam partem huius proprietatis de determinatione quo ad intēſionem nō approbat gregorius de arimino: immo reprobat primo ſententiarum: diſtinctione decima ſeptima ⁊ queſtione ſecunda. ⁊ tali ratione intendit probare non eſſe dabilem remiſſiſſimā formam accidētalem detur corpus lucidu; qd̄ illuminet aerem ſuime diſpoſitum ad lumen ad quācunq̄ diſtātia; poteſt quacūq̄ parte ,proportionali illius luminis data eſt aliqua remiſſior (⁊ ſermo eſt de partibus ſm extenſionem) ergo nō datur remiſſiſſimum lumen ad ſenſum poſitū: ⁊ cum idem ſit de qualibet alia forma accidētali extenſa dicendum ſequitur ꝙ nulla datur remiſſiſſima: ⁊ pbatur aūs ꝙ tuncūq̄ partes magis a corpe lucido diſtant tāto ſunt remiſſiores: ⁊ cū ibi non detur vltima ps quacūq̄ pte data: datur alia ꝓſus terminum illius luminis in aere ,pducti remiſſior.

Bene probat ꝙ terminat accidēs quoad extenſionē ꝙ d̄z q̄ ad intenſionē terminari.

¶Hec rō nec apparēter ,pbaret intentū n: ſi dicatur ꝙ forma accidētalis nō exiſtēs in eodem ſubiecto adequate cū alia eiuſdez ſpēi/ſit ſeorſuz exiſtēs etiā ſi ps alterius exiſtat: q; ſz in illo lumine nō detur aliqd̄ lumen tā remiſſiuz q̄n remiſſius verſus nō gradum luminis detur ex pte oppoſita ad corp' lucidū quecūq̄ pars luminis

detur eſt pars totius et debebat gregorius probare intentū de lumīe nō exiſtēte parte alteri' ſed vt dictū eſt reputat lumē p ſe exiſtens quod non eſt cū alio lumine in eodē ſubiecto adequate licet pars ſit alterius. Sz bene approbat gregorius formā accidentalē ſibi deteriare minimā extēſionē. patet ex dictis ei' diſtinctione ⁊ q̄ſtione preallegatis articulo ⁊ q̄ſtione tertijs ⁊ in eodē articulo in ſolutione ad octauū argumentuz quod eſt galteri burlei et magis expreſſe articulo quarto eiuſdē queſtionis in ſolutiōe ad ſecūdum principale ante oppoſituz et ſolutione ad quartū: Nos autez euidenter volumus probare ꝙ ſi forma accidentalis minimā extenſionē ſibi determinat ꝙ etiā ad remiſſiſſimā intenſionem terminatur ⁊ per oēs gregorius admittens primum propter dicta pphiloſophi ⁊ ſui cōmentatoris octauo phiſicorū non debebat negare ſecundū. hoc oſtēditur ſic applicet vnū calefactibile nullam caliditatē cōtinēs in debita diſtātia vni calefactiuo impedimētis ſeclusis ex dictis ſuperius de minimo naturali forme ſubſtātialis cōſtat ſi calor certam extenſionē ſibi determinat: ⁊ ſit gratia p̄bi digitalis calor digitalis d̄z i illo calefactibili in inſtāti ,pduci ſm ſe ⁊ quālibet pte ſui. detur igitur illo inſtās ⁊ calor minim' ſeu minime extenſus in illo ,pductus. Et arguit ſic vel calor ille eſt alicui' intēſionis vel nulli' ſecundū non eſt dicendū: quia dare calorem finite extenſionis nullius intēſionis non eſt recte intelligentis in phiſica. dicitur finite extēſionis ,ppter ſniam calculatoris ſuyſet aſſignātis qualitatem nullius intēſionis p infinitū ſubiectum extenſam de quo inferius. ſi primū detur cuius gradus eſt ille calor: et quocūq̄ dato vel eſt remiſſiſſimus q̄ poſſet ſeorſum exiſtere: ⁊ habetur intētū: vel poſſet eſſe remiſſior aliq̄s calor ſeorſum exiſtens: ⁊ ſic non deberet in illo inſtāti calor ſub tāta intēſione ,pduci postq̄ poterat ſub remiſſiori gradu ſaluari. Forte ad hoc dices (vt gregorius loco p̄allegato ait) ꝙ ſtat bene ꝙ in aliquo inſtāti ,pducatur lumen alicui' intenſionis ſz poſſet ſub minore intenſione lumē ſaluari (ſemp intelligitur p ſe exiſtēs) patz ſi in inſtāti ,pducatur vnū corpus luminoſum in tanta diſtātia ab vno pariete ꝙ poſſet ipſuz illuminare iam in illo inſtanti ,pducetur lumē alicui' intēſionis in illo pariete ſm ſe ⁊ quālibet partē ſuſ: ⁊ tamē remiſſius lumen illo datur: quia ſi illud luminoſum verſus partē oppoſitā ad parietem moueretur: remiſſius lumē in pariete maneret nec oportet (inquit) ꝙ ſemp abvno extremo ad aliud fiat trāſit' per oia media trāſeundo ſicut in productione illius luminis in illo pariete cōtingit ꝙ/a/ non gradu luminis quod eſt vnum extremum vſq̄ ad certā intēſionem fit trāſitus non trāſeundo per gradus remiſſiores.

Qualitatē nulli' intēſionis aſſignauit ſuyſet.

¶Analogia apparet ſatis accōmoda ſed ,pbatur ꝙ illud non ſatiſfacit. Conſtat ꝙ calefactiuum manens in eadem diſtātia a calefactibili poſt illud inſtās (ceteris paribus) ,pducet alium ⁊ aliū calorem; ⁊ tñ corp' luminoſum in eēſli diſtātia manens dādo cetera paria nūq̄ producet aliud lumen hoc eſt manifeſtū. Tunc arguitur: illud calefactiuum non ,pducit in illo inſtāti tātum calorē q̄tum pōt per tātā diſtātiaz ⁊ ceteris paribus ,pducere: ergo calor quem in illo inſtāti ,pducit eſt remiſſiſſimus qui pōt eſſe ,pbatur hec conſequētia: q; dato oppoſito cōſequentis habetur ꝙ ex pte calorīs ſaltē nō repugnat dare remiſſiorē: ergo ,ppter neceſſitatē remiſſiſſimi calorīs non ,pducit calefactiuū illum calorem ſub tāta intenſione patet: quia poterat dari remiſſior. Forte dices ,p gregorio ꝙ eſt ,pductus ille calor ſub illa intēſione: ⁊ nō ſub minori in illo inſtanti ,ppter neceſſitatem virtutis illius calefactiui: ⁊ non videtur aliud eſſe dicendum postq̄ non repugnat calori eſſe ſub minori intenſione niſi ꝙ ,pducit in illo inſtāti ita intenſus ,ppter virtutē ,pductiuā ipſius agētis quod cū debeat ſm vltimū ſui poſſe ,pducere neceſſitatur ad ,pducendum in illo inſtāti calorē ita intenſum. ,pbatur ꝙ hoc nō valeat illo dato ſequitur ꝙ immediate poſt illud inſtās illud calefactiuum ,pducet totum calorē quem per tantā diſtantiā ceteris paribus poteſt in illud calefactibile ,pducere: qd̄ non eſt dicendū. Sequela probatur: ſit calor in illo inſtāti ,pductus vni' gradus: ⁊ poſſet illud calefactiuum ,pducere in vna hora in illud calefactibile vſq̄ ad intenſionez vt quattuor. Tunc ſic arguit immediate poſt hoc erunt ,pducti alij tres gradus. igit̄ antecedens ,pbatur immediate poſt hoc erit ,pductus vnus alius gradus: ergo et alij duo: q; non eſt maior ratio ꝙ ſit ſucceſſio in ,pductione aliorū duorū graduum q̄ in productione illius qui immediate poſt hoc erit productus. Relicta igitur conſequentia nota: probatur antecedēs immediate poſt hoc calefactiuū erit tāte virtutis ſicut iam eſt in iſto inſtāti: ⁊ paſſum erit ſuſceptiuum tāti calorīs ſicut iā habet: ergo in calefactiuum immediate poſt hoc producet tantū calorē ſicut iā in iſto inſtāti ab eodem producit. iſta cōſequentia claret postq̄ propter neceſſitatem virtutis ,pductiue ipſius calefactiui ,pducitur in hoc inſtāti calor ita intēſus. Forte dices ſicut ſolet reſpōderi ad argumentū Galteri burlei contra tenētes intenſionem fieri per additionem grad' ad gradum (quod eſt primum in ſuo tractatu de intēſione) de corpore ſcz luminoſo quod in inſtāti initiatiuo vnius hore producat vnū gradum luminis in aliquo illuminabili quod ſit a. in quo quidem inſtanti primo eſt applicatum ſi per totam illā horam corpus illud moueretur p̄ſus a. in inſtāti terminatiuo illi' hore deberet eſſe lumen infinite intenſum productū: quia in quolibet inſtanti appropinquationis erit illud luminoſum tāte virtutis ſicut in principio: immo maioris reſpectu. a. quia erit et propinquius: ergo ſi in inſtāti initiatiuo produxit vnuz gradum in quolibet inſtāti illius hore: deberet ad minus vnum aliū producere. ⁊ ſi omnes gradus debent manere habebitur in fine lumē infinite intēſuz ex infinitis gradibus cōpoſitum postq̄ erūt in illa hora inſtātia infinita. Unde ad iſtud ſubſvno

verbo dicitur a Gregorio ꝙ in nullo instãti appropinquatiõis producetur aliquod lumẽ: sed post primum instans quodcũq; lumen producẽdum ꝓducetur successiue sic in proposito lucz in primo instãti calefactiuum ꝓducat aliquem calorẽ post hoc producetur semper calor successiue. ⁊ sicut in casu corporis luminosi oportet dicere illud ex propria natura productiõis luminis ⁊ corporis luminosi cõtingere ita in presentiarum diceretur ꝙ ex natura calefactiui et productionis caliditatis prouenit. ¶ Quanq; satis apparẽter per istud simile de corpore luminoso potest ad argumentum respõderi.

Notabile discrimẽ inter productionem luminis ⁊ productionez calozis.

¶ Arguitur tamen probãdo ex quadã dissimilitudine illud nõ satisfacere. Corpus luminosum (vt superius dicebat) talis est nature ꝙ ab eadem distantia ceteris paribꝰ non potest per maius ⁊ maius tẽpus ⁊ maius lumen ꝓducere: ⁊ in instãti in quo applicatur si inueniat in aliquo illuminabili tãtũ lumen ꝙtũ ab ipso poterat per tantã distantiã produci nihil ꝓducet: ⁊ hoc est ratiõi cõformc: quia postq; inuenit effectum equalem effectui ab eo ꝓducibili non habet vnde aliuz producat. Ex quo prouenit ꝙ in nullo instãti tẽporis appropinquatiõis aliquid luminis producat: quia in quolibet inuenit lumen ꝓductũ in tẽpore precedente illud instans eque sicut ab eo in illo instanti ꝓduceret vbi instantanee fuisset per tantã distantiã positum: ⁊ nihil luminis precessisset. sed calefactiuum non ꝓducit in instanti ꝓductionis calozis minimi q̃ ad extẽsionem tantũ ꝙtum põt: ergo immediate post illud instans: vel in quacunq; parte temporis futuri ad illud instans terminata deberet ad minus tantum sicut in illo instãti producere postq; non requiritur maior applicatio ad intensionem calozis: sed sufficit permanere ꝑ tantam distantiam ceteris paribus.

¶ Secundo arguitur. attribuendo virtuti actiue ipsius calefactui ꝙ in isto instãti ꝓducatur calor tante intẽsionis (licz posset calor remissior saluari) satis bene saluaret entia naturalia quo ad parnitatẽ ad maximũ qõ nõ terminari. Diceretur enim ꝙ datur primũ instans maximi qõ non in quo aliquid aliud vltra ꝓducitur cuiꝰ certa ꝙtitas assignaret. Et diceretur ꝙ lz maximum qõ non cũ minori posset saluari: producitur tamen tantũ ob necessitatẽ virtutis producentis. Et tamen illi qui non admittunt esse dabilẽ remississimum calorẽ: sed bene minimum non reputant esse sustantabile maximum quod non esse assignandum. igitur istud relinquitur inuestiganti.

¶ Tertio arguitur. nulla necessitas naturalis cogit ad producendũ calozem illius intensionis in illo instãti. igitur. añs ꝓbatur nulla necessitas ex parte calozis ꝙ ellit/nec ex pte agentis: quia pari modo diceretur ꝙ non ꝓducitur digitalis calor in illo instãti eo ꝙ non posset minor conseruari: sed ꝓpter virtutẽ agentis qõ non põt in illo instãti calorẽ minꝰ extensum seorsum existentẽ producere. igitur.

¶ Quarto arguit. ex illo sequit agens esse infinite virtutis. patet sequela vbi calor ita intensus ab eo in aliquo tẽpore producereꝭ aliquãte esset virtutis. Et si in subduplo in duplo maiozis. ⁊ sic consequenter: ergo si in instãti: rationabiliter concluditur infinite esse actiuitatẽ: nec valet ad hoc dicere sicut superius circa productionẽ minimi naturalis dicebatur: quia ibi non attribuebatur instantanea productio virtuti producentis.

¶ Quinto arguitur. si propter necessitatem virtutis agentis in illo instanti producitur: calor illius certe intensionis sequeretur ꝙ si in alio instanti intrinseco temporis ꝓductionis alterius calozis qui in hora post instãs initiatiuum debet produci applicaretur ad equalem distantiam aliud agens tante virtutis produceret in illo instanti tantum calozem quãtuz in instanti initiatiuo istud agẽs producit. quod non est dicendum: et sequela probatur. agens illud quod applicaretur esset tante virtutis sicut aliud: et propter necessitatem sue actiuitatis istud producit calozem ita intẽsum in instanti: ergo ⁊ aliud est potens tantum in instãti ꝓducere. Forte dices negãdo sequelã: quia sicut non oportet ꝙ vbi vnum corpus luminosum ꝓducit aliquod lumen si illud amoueatur lumie a deo conseruato: ⁊ ponatur aliud in eodem loco tante actiuitatis ꝙ producat lumen: eo ꝙ inuenit tantum productum quãtum ab eo posset per illam distantiam produci: ita aliud calefactiuum de nouo applicatũ non producit in instanti aliquid calozis: quia inuenit iam productum ⁊c. ¶ Contra: ostensum est non esse simile illud de corpore luminoso et de ente calefactiuo: quia corpus luminosum non potest post instans applicationis aliquid luminis producere ceteris paribus: sed bene corpus calefactiuuz. ¶ Et ex hoc habetur optima ratio ꝓpter quam post productionem instantaneã alicuius luminis: quicquid luminis debeat ab eodem corpore luminoso produci oportet ꝙ successiue ꝓducatur: qz nulla variatione facta/ nec q̃ ad rarefactionem medij/nec quo ad maiorez propinquitatem non producetur aliquid luminis: ⁊ si debet lumen postea produci debet esse per maiorem approximationem/ vel medij rarefactionẽ vel meliorẽ dispositionez ad luminis susceptionem: et cum nullum istorũ fieri contingat absq; successione/productio luminis que sequitur instantaneam productionẽ debet esse successiua: sed cum ad productionem calozis post productionem instantaneam nõ requiratur maior propinquitas/nec medij rarefactio/nec aliq̃d aliud preter actionẽ calefactiui/⁊ cõcursum aliay causarum non videt rõ propter quã debeat ꝓduci aliquid calozis subito quez sequatur successiua ꝓductio/nisi necessitas remississimi calozis cogeret. ⁊ hoc in hac parte videtur magis persuadere intẽtũ recte consideranti. Et postq; forma substantialis minimã extẽsionem sibi determinat rationabiliter dicitur formam accidentalez corpalem necdũ extensionez minimã sed intensionez remississimã ad sensum datũ sibi determinare qz nõ videtur rõ q̃ vincat advnum ⁊ nõ ad aliud. ¶ Sz dices rationẽ dñi gregorij de lumine vniformiter difformiter ꝓducto superꝰ positam ꝓbare illud nõ esse dicendũ. Dicitur ꝙ per illam rõnem ꝓbatur ꝙ lumen determinet sibi certã extensionẽ ⁊ ꝙ nõ deteriet sibi intẽsionez. Et si dicas quo ad ꝓbãdus ꝑcise scõm adducebatur rõ. primũ enim auctoritatibꝰ ꝑbi ⁊ sui cõmẽtatozis relinq̃tur ꝓbatum. Cõtra auctoritates ille adeo bñ de intẽtione sicut de extẽsione possunt intelligi nec ibi ꝓbatur ꝙ dat ita remissiuz quindetur ꝑ se existẽs remissius qz vbi signaretur vltimũ digitale esse remississimũ ⁊ medietas eius ad nõ gradũ terminata esset remissior. Et dicat per se existẽs ad talẽ sensum ꝙ nõ est pars alterius liminis in eodẽ subiecto adequate existentis nõ est tamẽ sic per se existẽs quin sit pars alterius puta luminis digitalis ⁊ diceretur ꝙ qñ extẽsio semidigitalis esset sufficiẽs ad lumẽ nõ cõseruaret illa semidigitalitas ꝓpter sui remissionem nisi alteri lumini continuaretur. Cõstat enim ꝙ datis duobus calozibus equalibus eq̃ intensis et dẽsis ille qui alteri calozi ꝓtinuaret (ceteris paribus) melius in esse cõseuaretur q̃ alius nulli cõtinuatus et sic recte cõsiderans sciret cognoscere quãti ponderis sit illa ratio gregorij ad probandum suum intentũ. Teneamus nos igitur (tanq; ꝓbabilius ad minus) remississimã intẽsionem sicut minimã extensionẽ formam accidentalem corporeã sibi determinare.

Ratio gregorij nõ cõcludit contra remississimã qualitatem.

naturali modo vt primo ⁊ secūdo ethicorū dicebatur preter naturā pctm̄ cōmittitur. Scōo dicitur ꝙ peccatū secundū ꝙ est entitas quedam bonum quoddaz est bonitate entis vt solet dici et sic incipiens homo est producēs cōmittendo peccatum non constituit se in malo statu: sed incipiēs cōtra legem dei ⁊ dictamen recte rōnis ꝓpetrauit pctm̄ efficitur delinquens ⁊ in pessimo statu cōstitut⁹. Ad aliō de q̄litate corruptiua dictū est superi⁹ ꝙ agēs naturale nō itēdit corruptionē.

Preter naturaz pctm̄ cōmittitur.

¶ Fine rerum naturalium supradicto modo assignato potest non incōuenienter respectu agētium naturalium generabiliū ⁊ corruptibilium finis gratia cuius ⁊ primaria intentione intentus alius assignari. Unde cum quodlibet tale agens naturale appetit se cōseruare inesse indiuidui vel inesse speciei hoc est appetit sui conseruationē vel quod aliud simile ei in specie existat agens naturale corruptibile producēdo aliquid intendit conseruationē sue speciei post q̄ ipsum non potest perpetuo existere ⁊ indeest ꝙ quodlibet agens naturale dicitur appetere do intendit ꝓducere sibi simile ⁊ ei passum assimilare. ⁊ per ōēs finis ignis q̄ de nouo ꝓducitur pōt dici cōseruare specie ignis. Diceba⁊ iste finis agentiū corruptibiliū: qz celum non agit ꝓpter talem finem cum nō producat nec ꝓducere posset aliud ei in specie simile. Quapropter finis prius assignatus primatū obtinet: qz oia agētia cōplectit.

Agēs naturale ꝓducē do intendit ꝓducere sibi simile ⁊ ei passum assimilare. ⁊ per sue speciei cōseruationem.

¶ Restat declarare an actiones naturales vel vt melius dicatur effectus naturales. Sint tali modo quo sunt dispositi propter necessitatem materie vel propter necessitatē finis quia philosoph⁹ cōtra alios fini attribuit actiones naturales ⁊ effectuum dispositiones. Sed questio prius venit declaranda. vnde cum partes animalis non sint simili modo disposite. Alique enim sunt disposite ad videndū ⁊ alique ad ambulandū queritur vtrum ille due partes quibus tanq̄ instrumētis ad videndū animal vtitur sint precise ab agente naturali formis oculorū informate: quia materia talem informationem exigebat: vel propter aliquem alium finem vt melius videlicet officium videndi exerceretur. quod alio exemplo sensibiliori manifestaē. Dentes anteriores in supiori parte sunt acuti et posteriores lati. queritur vtrum illa diuersitas accidit precise propter diuersitatē materie dentium quia agens naturale vez non inuenit materiam dentium anteriorū in superiori parte latā: qualem inuenit materiā posteriorū produxit dentes illo modo dispositos. vel potius dicendus est ꝙ preter dispositionē materie propter aliquem finem naturale agens ꝓduxit tali modo dentes vt vez cibus prius dentib⁹ anteriorib⁹ diuidaē ⁊ posterius posterioribus teratur. Et primo dicitur ꝙ talis diuersitas partiū aialis non precise accidit ex necessitate materie. i. ꝓpter diuersam dispositionē partium ipsius materie: qz vt dicit cōmentator ossa ⁊ alie partes graniores corporis aialis esse deberent potius in inferiori parte q̄ in superiori et sanguis q̄ leuissim⁹ est inter humoriū deberet semper in partibus superioribus existere. Item mirū esset ꝙ partes corporis aialis sic essent diuersimode cōposite ⁊ non propter aliquem finem cibus insuper in stomacho receptus in suis partibus vniformis per diuersas partes corporis distribuit ad nutrimentum membrorum. et per ōēs oportet ꝙ aliqua pars eius ascendat ⁊ aliqua descendat et aliqua lateraliter moueatur propter diuersum membrorū situm modo si ex necessitate dispositionis materie ⁊ non propter finez actiones naturales cōtingerent partes illius cibi versus eandē differentiam loci deberēt moueri. Sed de diuersitate aliorum effectuū non est in prōptu quid sit dicendum: qz videtur ꝙ ex necessitate materie ad sensum datū talis contingit diuersitas. vñ ꝙ in vna parte producaē rana. ⁊ in alia mus videē ꝙ accidat ex eo ꝙ materia terre vni⁹ partis est ad formam rane disposita et materia alteri⁹ partis ad formā muris. Itē ꝙ in eodē prato sunt tot genera diuersa herbarū videē esse diuersa dispositiōe partium materie terre illius prati quia quantū est ex parte solis cuius virtute ille herbe pullulant non deberet esse tanta diuersitas. ⁊ sic de multis alijs videē esse dicēdū. ¶ Sed illis non obstātibus dicimus cum p̄bo oia sic disponi vel ita esse diuersa propter diuersos fines ad quos ordinātur. ⁊ qz illud est difficile in talibus ostēdere. ¶ Animaduertendū est ꝙ ex vno agente vniformiter se habēte nunq̄ in effectib⁹ aliqua cōtingit diuersitas si passa vel suoz effectuum susceptiua sint similia vel vniformiter disposita. ¶ Scōo sciendū est ꝙ materia ab extrinseco disponiē ita ꝙ quecūq̄ dispositiōes ad vnā vel aliam formam dentur in materia ab aliquo agente fuerūt introducte: quod quidē agens vt superius est ostēsum tales dispositiōes introducendo finem intēdebat. iam dicē ad questionez ꝙ non min⁹ in alijs q̄ partib⁹ corporis aialis ista que cōtingūt potius fini q̄ dispositioni materie sunt attribuēda: qz q̄nis agens aliquod natura sit fm diuersas dispositiōes partiū materie terre diuersas formas substātiales ⁊ accītales producat. qz tm̄ ille dispōes diuerse ab agētib⁹ finez intendētibus producebātur propter diuersos fines a talibus agētibus intētos diuerse producū tur forme. ⁊ hoc videē in hac parte bene pōderādum. ¶ Et si queras quō intelligendū est illud dictum philosophi sumus autē nos hoīes quodammodo finis oīm dicitur ꝙ cum homo inter generabilia ⁊ corruptibilia principatū obtineat sicut genesis primo habetur. faciamus hoīez ad ymaginē ⁊ similitudinē nostrā vt preest piscibus maris ⁊ volatilib⁹ ⁊ bestijs vniuerse terre omni ꝙ reptili quod mouetur in terra ⁊ paulopost dominetur inquit deus piscibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuersis aialibus ⁊c. et in psalmo. oia subiecisti sub pedibus eius. ⁊ hoc idem oēs pbi recte sentientes concederent modo sicut hoīes alicuius regni ordinantur et dirigūtur in vtilitatem et obsequium principis et familia incomodum patrisfamilias ita omnia generabilia et corruptibilia in bonum hoīs debent dirigi et

Ex distributione cibi p membra arguit finis.

Oākia ab extrinseco disponitur

Diuersitas naturaliuz effectuū ex fine resultat.

Nō a pbo quodāmodo oīz finis reputatur.

Cā diuersitatis dētiū.

ordinari tanq̄ in pfectionem sui supioris. Sed si intelligatur ꝙ hō est finis artificialium nō est difficultas. Pōt insup dici ꝙ cuz oia appetāt primē cause assimilari vt dictum est ⁊ hō ad ymaginem ⁊ similitudinem dei sit factus intēdunt oia homini assimilare ac perinde finis oīum ōr sed opinamur hoc (q̄uis vez) nō esse ex mēte pbi. Multa alia notatu digna dicit pbs in. ij. phisicoz que nō declaramus. Tum primo: quia non egent magna declaratione: tum secūdo: qz tpis angustia nō patitur. ¶ Et epilogando dicimus ꝙ cuiuslibet agētis naturalis

Epilogus.

Finis quo vel secundaria intentione intentus est effectus quem ꝓducit.

Finis gra cuius.

¶ Finis autem gratia cuius vel primaria intentione intentus est illud ad qō vltimate ordinatur effectus ille puta ostituere ipm agēs in statu pfectissimo sibi possibili.

Causa p se

¶ Causa p se dicitur agēs qō producit aliquid qō ꝓducere intēdit duo aūt ad aliquid esse ab agēte intētum requirūtur. primū illud ꝓduci ex propria natura agētis. scōz vt in plurib⁹ ⁊ frequēter illud accidere.

Causa per accidens.

¶ Causa p accidens ōr causa vel fortuna vnde agēs ex quo resultat aliq̄d nō ex ꝓpria natura eius: ſz occasional⁹ quodāmodo vt superius ostēsuz est exēplo vel ꝓducēs aliq̄d preter cōsuetuz modū si fuerit agēs nō liberuz vel nō agēs scōm ꝓposituz. i. agēs carēs cognitione ōr causa p accidēs casualis vel casus. Si aūt fuerit agēs fm ꝓpositū. i. p cognitionez ⁊ ꝓducat aliquid pter intētionez ⁊ cōem ostuetudinez ōr causa p accidēs ⁊ fortuna si bon⁹ fuerit euētus euforcuniū talis effectus ōr. si aūt aliq̄d excellēs malum accidat diffortuniū aut infortuniū appellatur sicut si effectus agētis nō fm ꝓpositū: ſz preter ostuetudinē p notabile discrimen accidat mōstrum appellatur ⁊ aliq̄d qō in gallia reputatur monstrū stat ꝙ nō reputetur monstrū in hyspania ⁊ ediuerso: ⁊ sic de qualibet alia patria dicēdum est ita ꝙ mōstrum pēdet ex opiniōe hoīm in pte. Ad patriā celestem vbi nihil mōstruositatis est a peccatoz monstruositatibus immunes nos ꝓducere dignetur qui viuit ⁊ regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Casus.

Fortuna.

Ostrum.

¶ Finis secundi phisicorum.

¶ Incipit tertius phisicorum.

Ostq̄ in primo libro de principijs intrinsecis ⁊ in scōo de principijs extrinsecis rei naturalis determinatū est et iam res naturalis est esse cōstituta restat inqrere de eius opatiōe fm ꝙ res naturalis existit. Natura eē vt in scōo dicebatur principiū est motus ⁊ quietis res igitur naturalis fm ꝙ consequēs inq̄tuz naturalis res dicitur motus tanq̄ operatio propria debet ei attribui ⁊ precipua et cum triplex sit motus localis; videlicet alterationis ⁊ augmētationis. In quattuor partes liber iste diuidē. In quarum prima de primo in secunda de secundo in tertia de tertio in quarta penes quid velocitas istorum motuum attendatur pertractabimus.

Odot⁹ rei naturalis i q̄tum hui⁹ est opatio.

Triplex motus.

¶ Incipit prima pars de motu locali.

¶ Primam philosophiam cū metaphisica ōr de entitate ⁊ distinctione ⁊ idētitate rerum determinare cōstat tm̄ disserere de entitate motus localis et an mobili localiter identificetur vel ab eodem distinguatur ad phisicū nō oino impertinenter discutere incūbit cum ipse propter causam prius assignatā debeat de motu determinare. ⁊ qn̄ ad ipsuz non expectaret talis consideratio omissis alijs entitatibus ⁊ considerationibus de earum essentia identitate vel distinctiōe non videtur magnum esse incōueniēs ꝙ de entitate motus phisic⁹ discutiat postq̄ de mobili inquātum huiusmodi ei considerare incumbit hoc dixerim⁹: quia de quātitate cōtinua vel discreta de toto ⁊ suis partib⁹ de figura ⁊ refigurata nullam perscrutationē fecimus nec facere in phisicalibus intēdimus q̄uis omnes super libros phisicorū scribentes de illis determinauerint: quia ille cōsiderationes potius ad metaphisicam q̄ ad phisicā expectare videtur eo ꝙ est questio de entitate identitate ⁊ distinctione rerum hoc tamen non obstante decreuimus propter causam assignatam de entitate motus localis primo disserere ⁊ nostra consideratio ex ordium assumat ex assignatione opinionum.

De idētitate vel distinctione rerū spectat ad methaphisicaz determinare.

Quare de quantitate continua ⁊ discreta et de toto ⁊ ꝓtibus et de figura ⁊ tertius nō perscrutatur ī hoc libro.

¶ Prima opinio tenet motum localez entitatem quandam successiuam esse distinctā a mobili eidem tempore motus inherente quaz quidem positionez tota caterua vocatorum realium insequitur.

De motu locali opiniones.

¶ Secunda est quam gregorius de arimino fouet asserens motū localem spacio qō tēpore motus pertransitur identificari.

¶ Tertia est Quam vocati nominales amplectuntur quae astruit motum localem esse ipsum mobile. quod localiter mouetur.

¶ Positiones he soluendo argumenta in oppositū declarabūtur ⁊ argumēta ōtra alias positiōes militantia possunt recipi tāq̄ ꝓbationes vnius. ¶ Defensabim⁹ eē qualiter illaz ꝓbabiliter satisfaciēdo vtcūq̄ impugnationib⁹ postremo vero quam indicabim⁹ probabiliorē assignauimus. In fauorē igitur prime positionis q̄ antiquior ⁊ subtilior est ponitur talis conclusio.

¶ Motus localis entitas successiua distinguitur a mobili localiter ⁊ eidem tēpore motus inheret sicut accidens suo subiecto.

¶ Contra istam conclusionez arguitur primo sic. potest ab vno loco ad aliū trahi vnus lapis vel aliqd̄ aliud ens nouū ⁊ nouū vbi agere: non posita tali entitate successiua in eo. Igitur ad localiter moueri non requiritur. aſs probatur. vel illa entitas successiua est ponenda tanq̄ vnum quod necessario debet actiue concur-

rere ad mobile moueri vel tanꝗ aliquid aliud. non secundū: quia nō videtur quid sit illud ⁊ ꝙ non primū probatur primo ad mobile moueri actiue ipsum mouēs cōcurrit ⁊ potiꝰ ex ipso moueri resultaret entitas illa successiua ꝗ illa ad moueri cōcurreret. Scēo vbi actiue illa entitas cōcurreret posset deus vicē eius supplere: et p consequens absq; illa posset mobile ex vno ad alium locum trahi. Forte dices talem entitatē poni debere tanꝗ quid necessario resultans ex acquisitione noui ⁊ noui vbi.

¶ Contra ex hoc sequeretur ꝙ aliquo mobili acquirēte aliquod nouum et nouum vbi necessitaretur deus ad productionē talis entitatis. quod est absurdum. Itē motu mobile mouetur sicut calefactiōe calefactibile: ⁊ ex calefactione acquisitio noue ⁊ noue caliditatis resultat potiusꝗ ex acquisitione caliditatis ꝓcedit calefactio: ⁊ per cōsequens ex illa successiua entitate deberet acquisitio noui ⁊ noui vbi procedere potius ꝗ ex acquisitiōe vbi illa entitas resultaret. notum enim est ꝙ noui ⁊ noui vbi acq̄sitio mobile mutatum esse presupponit.

¶ Argumentū istud videtur nobis esse maioris ponderis contra istaꝫ positionē ꝗ alia quapropter in capite argumentoꝝ decreuimꝰ illud formare. Sed pro solutione huius

¶ Sciendū est ꝙ vbi entitas successiua que dicitur motus localis teneretur respectiua non reputaretur incōueniens a fouētibꝰ istam positionem positis extremis fundamento videlicet ⁊ termino tali modo se habētibus deū necessitari ad ipsius productionē sicut in predicamentis ad mentē realium practicatuꝫ est. vnde si impresentiarū dicerēt ꝙ motus localis est respectus quidē extrinsecus adueniens cuiꝰ terminus esset ipsum mouēs ⁊ fundamētū ipsum mobile nouū ⁊ nouū vbi acquirēs ⁊ extrinsecus adueniēs diceretur: q; non oportet ꝙ mouēte ⁊ mobili ⁊ spacio positis talis respectiua entitas ponatur: esset cōsequenter dicēdum ꝙ illis illo modo se habētibus nō posset deus non producere entitatem illā successiuā. et ꝗuis illis q̄ tales respectus abhorrēt absurdum videat entitates respectiuas fouentibꝰ non videtur extraneum: sed tenēdo talem entitatē esse absolutaꝫ difficile est ad argumentū respondere nō tenēdo saltem motū actiue concurrere ad noui ⁊ noui vbi acquisitionē quod notāter dicitur: quia si actiue cōcurreret ꝗuis naturaliter nō posset ab aliquo nouum ⁊ nouū vbi acquiri absq; tali entitate concurrente: supernaturaliter tamen posset noui ⁊ noui vbi acquisitio fieri absq; illa, put defendendo quātitatē continuā a re quanta distinctā virtute cuius vna pars extra aliam existit dicere opꝫ ꝙ si naturaliter debēt esse ptes extra se inuicē situate requiritur ꝗtitas: ſz diuine oipotētie nō repugnat absq; quātitate illas ptes extra seinuicē situatas cōseruare: sed q; vt inter arguēdū dicebat illa entitas nō deberet actiue cōcurrere illud nō satisfacit: quapropter aliter videt esse videndū ꝙ agens naturale vt in scōo dicebatur instrumēto vtit ⁊ sic mouēs in mouēdo mobile instō quodam vti oportet: qd ḋdez instrumētū entitatē illam successiuā quā motuꝫ esse localē dicimus appellamus, put iferius de calefactione practicabit vbi dicet tenēdo motū alterationis distinguī ab alterato: ⁊ ab alterabili ⁊ re que per alterationē acquirit calefactionem esse instrumentū calefactiui: ⁊ sic motus localis instrumētaliter ad acquisitioni noui et nouivbi actiue cōcurrit: ⁊ cū vicē instrumenti deus supplere posset stat ꝙ aliquid nouū ⁊ nouū vbi acquirat absq; motu. Et si queras an pōt talis entitas successiua in aliquo quiescēte sine acquisitione noui ⁊ noui vbi (diuina potentia saltem) existere sicut pōt nouū ⁊ nouuꝫ vbi acquiri sine tali entitate (nō dicimus an in aliquo talis matus ⁊c. quia forte illa entitas motus denominatur eo ꝙ aliquid illa entitate mouetur: ⁊ sic nō esset motus in quiescente.)

¶ Ad istud non pōt sufficiēter respōderi nisi prius de successione talis entitatis aliq̄d dicat. Sed pro nunc dicit ꝙ sicut quando agēs naturale instrumēto aliquo vtitur nō stat quin passiuꝫ virtute talis instrumēti patiatur. Ita nō staret ꝙ talis entitas de qua ē questio sit in aliquo quin nouum ⁊ nouum vbi acq̄rat sicut non staret in aliquo esse calefactionē quin aliam et aliam caliditatē acquireret. Sed forte dices acquisitio noui ⁊ noui vbi resultat quodammodo sicut effectus ex illa entitate: posset igitur deus impedire talem acquisitionem posita illa entitate in aliquo quiescente.

¶ Respōdetur ꝙ sicut non stat ꝙ serra trahatur per aliquod lignum non existēs diffinitiue nec gloriosum in loco quin lignū diuidatur sic non stat talē entitatē esse in aliquo quin illud mouebat bñ verꝫ est ꝙ esset apparētia de opposito. ⁊ facilius diceret ꝙ pōt talis entitas in quiescente existere diuina virtute: sed vbi de successione erit sermo satisfiet huic questiōi tenendo tamen talē entitatē esse respectiuaꝫ, put superiꝰ declarabat absq; difficultate diceretur talē entitatē in requiescente existere non posse sicut nec paternitatē in non pre. resultat enim ꝗm illos q̄ tales entitates respectiuas assignāt respectus ex suo fundamento ⁊ termino essentialiter: ⁊ ꝙ nō pōt subiectari nisi in suo fundamento: ⁊ positis fundamento ⁊ termino certo modo se habētibꝰ nō pōt ipediri, pductio talis respectꝰ in fundamēto: ⁊ p oñs acquirēs nouū ⁊ nouum vbi debet ex consequēte subiectū esse entitatꝫ respectiue que motus dicit: quia sicut anima ⁊ corpore vnitis deus non potest impedire existentiā hois ita fundamento ⁊ termino entitatis respectiue positis sub tali dispositiōe oꝫ respectiua entitas poni q̄ non pōt nisi in suo fundamento, subiectari: sed ex tali mō dicendi sequit ꝙ potius ex acquisitione noui ⁊ nouivbi ꝓcedit illa entitas ꝗ ecōuerso: cū tñ opposituꝫ videat esse dicendū. Quapropter nō approbamus motū localē entitatē esse respectuā ⁊ ad argumētū principale aliter respōdemus negā-

Motus est in stkm.

Deus pōt supplere vicē motus.

Nō stat entitatē illaꝫ (q̄ motꝰ ē) in aliq̄ ḋescēte esse.

De entitatis respectiue resultātia vt dependētia.

do eius primum antecedens: videlꝫ deū ex vno vbi ad aliud posse trahere aliq̄d absq; tali entitate successiua. Pro cuius manifestatione

Fundamētuꝫ doctorum subtilis.

¶ Animaduertēduꝫ est ꝙ in talibus dicere oportet cōformiter ad auctores talem positionem tenētes: vnde est vnum apud doctorem subtilem fundamētum ꝙ nulla entitas respectiua presupponēs aliquam entitatem absolutam esse pōt illa absoluta entitate nō presupposita: et cum noui ⁊ noui vbi acquisitio vel alia ⁊ alia vbitatio (si sic licet loqui) successiua fit entitas respectiua vt in predicamētis declarabitur ⁊ illa subiectetur in mobili ꝗm ꝙ est subiectuꝫ motus nō posset talis acquisitio vbi successiua fieri nec in aliquo fundari nisi motus ꝓsupponeretur: sed cum hoc nō plene intelligatur ꝗuis ad mentem aliquoꝝ realiū dicatur nō reputamus illud rōnabile cuꝫ absq; rōne ⁊ mere gratis sua fundamēta ⁊ suas regulas assignant defendēdo igitur distinctionez inter motū ⁊ mobile sine ad mentem realium dicatur sine nō. maluimus cōsequenter dicere deum posse aliquid ex vno loco ad aliud trahere absq; tali entitate ꝗuis nullum mouens naturale valeat absq; tali entitate aliquid mouere.

¶ Scēo principalr arguitur sic vel talis entitas successiua habet ptes vel ne scōm nō est dicēduꝫ cū de genere cōtinuoꝝ dicatur esse. si primū vel habet oēs suas ptes simul vel ne. si primum nō esset res successiua ⁊ ꝙ nō scōm ptz: q; si sic ⁊ habeat ptes in intelligibile est q̄n oēs partes suas habeat: q; dentur aliquē ptes eius quas non habet vel ille sunt vel nō. si primum iam sunt partes eius. si secūdum non sunt eius partes cuꝫ nō sint. ⁊ p oñs nō dantur ptes eius quas nō habeat. Pro intelligētia materie huiꝰ argumēti de partibus motus

¶ Sciēdum est ꝙ cuꝫ motus sit vt dicebatur entitas successiua mobili sicut accidens suo subiecto inherēs in toto mobili subiectatur sicut albedo in suo subiecto: ⁊ sic dici solet ꝙ motus duplices ptes habet quasdam diuisibiles ad diuisionem mobilis ⁊ alias diuisibiles ad diuisionem tpis. hoc declaratur vno simili ymaginetur ꝙ in vno corpe pedali p totam vnam horam pducātur caliditates tali modo ꝙ in quolibet instāti fit vna caliditas extensa p totum que non immediate ante illud instās fuit nec immediate post erit nec ꝗm se totam nec ꝗm aliquid eius ⁊ ymaginemur ꝙ ex oībus illis caliditatibus vna totalis caliditas que p partez post partem pducebatur resultabat q̄libꝫ caliditas que precise p instans durabat erit diuisibilis ad diuisionem subiecti: q; vna medietas in vna medietate ⁊ alia in alia erat: sed nulla illaꝫ erat diuisibilis ad diuisionez tpis: q; nō fuit vna pars in vna pte tpis alia in alia. vnde in quolibet instāti temporis in quo aliquid mouetur est totalis motus extensus p totum mobile ⁊ vna medietas in vna medietate ⁊ alia in alia: ſz totalis motus habet alias partes quarum vna fuit in vno tempore: et alia in alio sicut si per vnā horam debeat motus fieri vna pars fuit in prima quarta ⁊ alia in secūda ⁊c. et quelibet illarum to ti subiecto inherebat. ¶ Iam dicit ꝙ repugnat motui tanꝗ rei successiue habere oēs suas partes simul diuisibiles ad diuisionē temporis: sed non repugnat ei habere oēs suas partes simul diuisibiles ad diuisionem subiecti.

Duplices partes motus.

Que ptes motꝰ dicuntur esse sit ⁊ que non.

¶ Contra istum modū arguitur sic debeat vnum mobile moueri per vnam horā adequate. ⁊ simus in instanti medio illius. vel tunc est verum dicere, motus quo istud mobile mouetur est vel ne secundū nō est dicendū. Si primū vel ille motus habet aliquas sui partes simul vel ne. Si detur primū ⁊ signet partes diuisibiles ad diuisionem subiecti vel immediate post illud instans erit aliqua illarum vel ne vel immediate ante fuit vel ne si immediate post vel immediate ante aliqua illarum partium erit vel fuit iam partes diuisibiles ad diuisionē tpis simul essent si nec imediate ante nec immediate post erit nec fuit aliqua pars illaruꝫ motus ille precise per instās duraret q̄ nature motus repugnat. Istud argumentū videt clare ostēdere distinctionē de partibus motus esse friuolam.

Distinctio partiū motus cōmunis nulla.

¶ Alius est modus dicendi q̄ tenet rem successiuam esse quando est aliquod instans cōtinuatiuum tēporis sue durationis est ⁊ de motu dicendū est ipsum esse q̄n est aliquod instans continuatiuū temporis in quo mobile mouetur illo motu. et sic in casu in instanti medio hore totus motus est. ⁊ tamen medietas motus q̄ preterijt non est ob defectum instantis cōtinuatiui partium medietatis hore que preterijt idem de futura medietate. Insuper iste modus asserit ꝙ sicut tempus habet instantia continuatiua et linea puncta ita motus habet mutata esse continuatiua partium eius ita ꝙ in quolibet instanti intrinseco temporis motus est vnum accidens inherens toti mobili q̄d precise per illud instās durat et mutatum esse dicitur ⁊ momentū quod partem preteritā motus cum futura cōtinuat et quādo tale mutatū esse alicuius motus est totus motus est ⁊ quelibet pars motus cuius tale mutatum esse est partium continuatiuū ⁊ sic in instanti medio est modus totalis cōpositꝰ ex secunda ex tertia quartis ⁊c. Sz motus quo preci se mobile in prima quarta mouebat non est in instanti medio hore: q; non est aliquod mutatū esse continuatiuū partium eius proportionabiliter de alijs dicatur ⁊ nunq̄ est motus quin omnes partes eius simul sint.

Modꝰ dicēdi de existētia motus.

De mutato eē q̄d ⁊ momentū dr.

¶ Sed inter coexistentiam partium rei successiue ⁊ permanētis hoc est discrimen: q; repugnat rei successiue oēs partes quas habuit ⁊ habebit simul habere: ſz non rei permanēti diuisibili.

Discrimen inter existētiaꝫ partiū rei successiue et pmanentis.

¶ Sed dices non repugnat motui habere oēs istas partes sil' oībus suis partibꝰ demōstratis ⁊ ille sunt oēs quas habuit ⁊ habebit. igitur.

¶ Respondetur primo ꝙ ly oēs capitur distributiue. ¶ Secundo dicatur ꝙ motui quālibet partē quam habuit cum qualibet parte quā habet vel habebit habere simul repugnat sicut

Universidad de Deusto Biblioteca

in instanti medio repugnat ei habere primam octauã simul cũ vltima. Sed forte dices vel ille mot⁹ in instãti medio habet medietates vel ne secundũ non est dicẽdum: si primũ ergo habet istam medietatẽ demonstrando preteritã cuius non est aliquod mutatũ esse continuatiũ partium eius si neges consequentiã datur motus habẽs duas medietates sine vna medietate ꝙ in intelligibile est. Respõdetur concedẽdo illũ motum habere medietates: ⁊ nullã medietatez totius habere nisi includat mutatũ esse instãtis medij hore: ⁊ negatur illud esse in intelligibile ꝓportionabiliter dicendum est de partib⁹ propositionis vocalis: qꝛ in instanti tẽporis probationis copule tota ꝓpositio est/ ⁊ per oñs habet subiectum predicatũ ⁊ copulam: tũ nullũ subiectũ nec predicatũ habet: nec ex hoc sequitur ꝙ motus cõponitur ex medietatibus q̃ non sunt/ nec habet aliquã medietatem q̃ non est quodlibet enĩ illoꝝ implicatiuũ est cõtradictionis: nec tota pars mot⁹ q̃ ꝑterit ante illud instãs mediũ est medietas tot⁹ mot⁹ Iz ista ⁊ ista (ꝑterita ⁊ futura demõstratis) sint tot⁹ motus medietates.

Propõ vocalis ẽ abs ꝙ subiecto

¶ Iste modus dicendi nullo pacto placet Buridano. iij. phisicoꝝ questione sexta: qui etiam tenuit motũ localẽ rem esse successiuã distinctam a mobili et ab spacio eo quod reputat impossibile esse instãtia continuatiua partiũ tẽporis indiuisibilia ⁊ talia mutata esse/ ⁊ pro veritate huius motus est saluanda (de qua in illa questione inquirit) dicit ꝙ pro tpe presenti vtẽdum est aliquo certo tpe: et hoc ad libitum non ꝙ in quolibet instanti talis tpis dicatur esse aliquid ⁊c. quia ipse non ponit instantiã. sed si volumus pro tpe presenti vti vno anno a principio ianuarij vsq̃ ad finem decẽbris in quacunq̃ die illius anni verꝝ esset dicere ꝙ mensis februari⁹ est ⁊ q̃libet dies illius anni est ⁊ quicquid ĩ illo anno contingerit in quacũq̃ hora illius anni vere diceretur cõtingere: ⁊ si sortes in vna hora illius anni moueatur necdũ in illa hora ista esset vera sortes mouet ⁊ motus sortis est et omnes partes illius mot⁹ sunt: immo ⁊ in qualibet hora totius anni. Et si a Buridano quereret quid igit est discriminis inter rem successiuam ⁊ permanentiã ptiũ rei pmanẽt (et diceret ꝙ q̃uis partes rei successiue simul dicãtur esse vtẽdo vt dictum est tpe presenti: tamen secundum Buridanum succedunt partes ille fm prius ⁊ posterius: ita ꝙ vna prior ⁊ alia posterior dicit ad talẽ sensum ꝙ in tẽpore adequato in quo vna fuit alia non erat neq̃ esse poterat. quod tamen partibus rei permanẽtis non cõpetit. Modus iste dicẽdi facilis est ⁊ videtur incidere in modũ dicendi hẽtiberi dicẽtis istam esse impossibilẽ fm talez significationem aliquod spaciũ ꝑtransit ⁊ ex consequente istam sortes mouet ⁊ istam motus est sed iste sunt possibiles motus fuit sortes mouebatur: ⁊ q̃uis videant modi dicẽdi diuersi eo ꝙ buridanus concedit propositiones quas alius negat capiẽdo tempus importatũ per copulas sicut buridanus capit alius non negaret propositiones illas. Sed alius modus dicẽdi tenens motũ esse qñ aliud instãs ⁊c. videt eẽ subtilior ⁊ ita ꝓteruus qõ non põt respõdens cõsequenter dicẽdo ad magnũ incõuenientes duci ⁊ illum modum insequẽdo dicere opz ꝙ si a/ mobile in vna hora adequate moueat in quolibet instãti intrinseco hore verũ est dicere totus motus est q̃uis in quolibet instãti aliqua pars totalis motus desinat esse: ⁊ in quolibet instãti aliqua incipiat esse. ⁊ per hoc soluit argumẽtum qõ fieri posset ad probandũ nullũ mobile posse vniformiter moueri: qꝛ si in instãti medio vnius hore totalis mot⁹ est ⁊ imediate post illud instãs aliquis motus qui iã non est erit ⁊ ille idez totalis motus q̃ in illo instanti est immediate post erit videt ꝙ totali motui erit aliquis alius motus additus: ⁊ per oñs a/mobile veloci⁹ mouebit. Soluit inq̃ ꝑ illud qõ dicebat sicut enim in instanti medio hore incipit esse tertia q̃rta mot⁹: ita in nullo eodẽ desinit esse scda. ⁊ sic ꝓportionabiliter sicut vna pars succedit alia depdit et manet vniformitas ex dictꝭ etiã soluit aliud argumentũ quo ꝓbaret nullũz posse difformiter moueri in vna hora eo ꝙ in quolibet instãti intrinseco illi⁹ hore idẽ totalis motus manet quo totale mobile mouet: ⁊ per cõsequens in nulla medietate velocius q̃ in alia moueretur postq̃ eodem totali motu in vtraq̃ mouetur.

Quod buridani de existentia motus.

In quolibz instãti tpis motus aliqua ps eꝰ desinit eẽ ⁊ aliqua incipit esse.

Quõ saluatur vniformitas in motu tenẽdo illũ successiuã esse entitatẽ.

¶ Unde respõdetur ꝙ q̃uis vnus ⁊ idẽ totalis motus in quolibet instanti intrinseco hore si partes tamen illius motus velociores ⁊ velociores vel remissiores ⁊ remissiores succederent ex q̃ difformitas resultaret. Sed satis graue videt ꝙ semp idẽ totalis motus maneat/ et tñ multe partes eius deperdant ⁊ alie acquirẽtur de nouo cum ad ostendendam inter aliqua diuersitatem sufficeret vnum aliquam partem habere non contentam ab alio: sed dicendũ est ꝙ in rebus successiuis partium diuersitas non concludit totius diuersitatem. Pro quo

Quõ saluatur difformitas.

¶ Aduertendũ est ꝙ in quolibet instãti tẽporis motus verũ est dicere ꝙ totalis motus est ⁊ quelibet pars ei⁹ est ⁊ quelibz pars ei⁹ que tũc est immediate post erit qõ nõ obuiat fluxui ptiũ motus quiquidẽ fluxus ptib⁹ motus attribuitur: eo ꝙ prime quarte sic succedit scda ꝙ in nullo instãti cõtinuatiuo ptiũ tẽporis in q̃ adequate est scda prima esse põt; ⁊ sic dicendum est de alijs ptib⁹. Sed dices ⁊ apparẽter existo modo saluandi istam positionẽ sequit ꝙ aliq̃ creatura est in hoc instãti quam deus non potest in hoc instãti nec immediate post annihilare patz de motu a/mobilis in instãti medio hore. qꝛ si deꝰ ꝙ de⁹ in nihilũ illũ motũ redigat tã in illo instãti vel imediate post cũ annihilatio alicui⁹ eius existẽtiã ꝑsupponat tot⁹ mot⁹ sincathegoreumatice ꝑfuisset: ⁊ per oñs quarta pars mot⁹ que erat futura in vltima quarta hore ꝑfuisset qõ in instãti medio non est admittendum.

In successiuis non cõcludit ptiũ distictio totius diuersitatẽ.

De fluxu ptiũ mot⁹.

¶ Respondetur concedendo sequelam Sed dices ex illo sequi deum non posse corrũpere illud mobile immediate post hoc instans quia mobili corrupto motus euanesceret.

¶ Respondetur negando sequelã quia bene potest corrumpi imediate post hoc absq̃ motu. Primo: motus posset in alio mobili poni. Secundo: non necessario mouebitur: quia non solum diuina virtute potest impediri: sed etiam naturaliter.

Non posset corrũpi vel annihilari mot⁹ vnius hore ĩ instãti medio eius.

¶ Sed contra hoc arguitur ista est vera in illo instanti medio iste motus fuit de preterito ergo necessaria: idez dicatur de ista hoc mobile mouebatur et ista: iste motus fuit immediate post hoc erit vera ergo necessaria: sed illud saluari non potest non posito motu isto in vltima quarta hore ergo necessario erit iste motus ⁊ necessario illud mobile mouetur.

¶ Respõdetur breuiter ꝙ quelibet istarum: iste motus fuit: hoc mobile mouebat: est vera de preterito: sed non necessaria: qꝛ veritas eaꝝ ex veritatibus ꝓpositionũ de futuro contingenti pendet vt alibi ostensum est.

¶ Adhuc cõtra predicta arguitur si vna pars motus prior cum posteriori non existeret: non posset saluari vnum motũ velociorem esse alio: quia non videtur propter quid vnus mot⁹ velocior sit alio: nisi qꝛ intensior ⁊ cũ intensio ꝑ additionẽ partis ad partem fiat habetur intentum vel detur vnde vnus motus velocitatem maiorez q̃ alio importet. Ad hoc dicit Paulus venetus ꝙ nõ debet vnus motus quo q̃ pacto intẽsior dici: sed velocior: sed restat dicere vnde velocior dicitur ad quod statim occurrit esse dicendum: ꝙ motus quo in equali tẽpore maius pertransitur spacium vel in minore equale velocior dicitur. sed illud nõ valet. quia potius illo modo respondendo effectus modis velocioris ostendit q̃ causa maioris velocitatis. Fatemur enim ꝙ ex pertransitione maioris spacij in equali tempore vel equalis in minore in cognitione velocioris motus deuenimus: sed hoc nõ inquirimus: sed vnde vnus motus velocior alio existit Jacobus de forlibio in suo tractatu de intẽsione formarum parte tertia dicit expresse ꝙ intensior motus est velocior ⁊ motus ꝑ additionẽ partis ad partem intenditur sicut alie intensibiles forme: sed videtur ille sibi repugnare: qꝛ in eodez dicit ꝙ in quocunq̃ instanti intrinseco tẽporis in quo est motus alicuius motus ille desinit esse fm se ⁊ in quolibet sui ex q̃ claret ꝙ nullus alteri erit additus cum alio motu partiali superueniente nihil motus perstentis maneat ⁊ per consequens nõ fiet vnius ad alium additio ⁊ re vera rei successiue repugnare videtur ꝙ per additionem partis ad partẽ fiet intẽsior tenendo modũ Galteri burlet de intensione formaꝝ qui inferius ꝑtractabitur posset dici ꝙ vn⁹ mot⁹ est alio velocior eo ꝙ magis q̃ alius ante gradum mot⁹ distat: sed qꝛ intelligentia hui⁹ ex dicẽdis circa illã positionẽ pendet imp: esentiarũ nõ declarat: ſz dicimus ꝙ tenẽdo motũ distinctũ a re mobili: vt dictum est nõ occurrit melior mod⁹ assignãdi maiorẽ velocitatẽ vni⁹ motus q̃ alteri⁹ isto mõ Galteri. posset tñ dici ꝙ sicut nõ est querẽda causa ꝓpter quã vna q̃litas plures grad⁹ alteri⁹ obtineat ꝑter causam efficientẽ vel finalẽ ita nõ est inq̃rendũ vñ vn⁹ mot⁹ velocior est alio nisi qꝛ mouẽs illũ velociorẽ ꝓducit. Ergo. de arimino arguit ꝯra istã positionẽ dicens ex illa sequi idẽ in eodem tpe adequate ꝓduci ⁊ corrũpi patet de motu si teneat distinctus ⁊c. ꝙ si cõcedatur sicut aristoteles videt velle.

Scõm forli. i. f. mot⁹ intẽdit ⁊ intensior ꝯ velocior. Forli. sibi videt repugnare.

Per modũ galteri saluat veloci tas motus maior vni⁹ q̃ alterius

¶ Contra corruptio alicuius eius preexistentiam presupponit ergo non stat ꝙ in eodem tempore adequate corrumpatur ⁊ ꝓducat nec satisfacit dicere ꝙ natura productio et preexistentia motus precedunt eius corruptionem qꝛ nihil dicitur aliud natura precedere nisi causa sit illius quodãmodo efficiens modo absurdum est dicere ꝙ ꝓductio ⁊ preexistẽtia motus sit sue corruptiõis efficiẽs causa quapropter videtur esse aliter dicẽdum negãdo seq̃lam. vnde motus quo aliq̃d ꝑ totam vnã horam mouetur in quolibet instãti illius hore est sicut dictũ est ⁊ partes eius in diuersis partibus hore ꝓducuntur vel vt melius dicatur in instãtibus illius hore incipiunt esse per vltimum nõ esse ⁊ in instãtibus etiam illius hore desinũt esse per primum non esse. verbigꝛa in instãti terminatiuo prime quarte incipit esse secũda quarta motus: ⁊ ꝑ totam secũdam quartã hore erit ⁊ in instãti medio illa desinit esse per primũ non esse ꝓportionabiliter dicatur de alijs quartis ⁊ de partibus earum. Et si dicas adminus habetur ꝙ iste partes motus ꝓducebãtur ⁊ corrũpebãtur in istis instãtibus (demõstratis oibus partibus motus ⁊ omnibus instãtibus hore) cõceditur primo. secũdo dici põt (⁊ nõ incõuenienter) negãdo ꝙ ille motus ꝓducebatur in illa hora concedendo ꝙ in instanti terminatiuo est verum dicere ꝙ fuit ꝓductus in illa hora nec est inconueniens dicere aliquid esse ꝓductum qõ ꝓducebatur sicut tenendo non implicare contradictionem qõ ab eterno fuisset mundus vel aliquid aliud preter deum videtur esse dicendum ꝙ illud fuit ꝓductum: ⁊ tamen nunq̃ ꝓducebatur. potest etiam dici ⁊ forte melius negando ꝙ in illa hora totalis motus corrũpebatur: sed in instanti terminatiuo eius primo corrũpitur: vt corrumpitur valeat tantũ sicut desinit esse diceretur etiaz ꝙ ille motus est corruptus post illam horam: ⁊ tamen nunq̃ corrũpebatur.

Quakr motus totalis ⁊ partialis ꝓducitur ⁊ corrũpitur

¶ Tertio principaliter arguitur si motus esset talis entitas sequerẽt ꝙ mobile eo ꝙ localiter mouetur aliquam formã acquireret et aliquaz deperderet quod est contra philosophũ octauo phisicorum sequela claret: quia entitas illa sucessiua tempore motus acquireretur ⁊ deperderetur. Item sequeretur ꝙ per totam vnaz horam aliquid vel saltem aliqua mouebantur ⁊ tamen non esset dabilis totalis motus qui fuit in illa hora sequela probatur: casu posito ꝙ in principio vnius spacij decem peduz sursum ponatur vn⁹ lapis pedalis (spaciũ aereum sit) ⁊ dimittat lapis sue nature vt cõsequẽter ꝑ totã illam horam diminuatur ꝑ corruptionẽ partium eius sic videlicet ꝙ in quolibet instãti intrinseco

Universidad de Deusto Biblioteca

hore aliquid eius sit de perditū ⁊ in instanti terminatiuo nihil eius remaneat in illo casu ille lapis mouebatur vel saltē partes eius ⁊ tamen non erat aliquis motus quo totus lapis mouebatur cum post instans initiatiuum hore ille lapis non erat ⁊ per consequens non mouebatur et quocunq; motu alicuius partis eius signato ille non erat totalis motus. igitur.

¶ Ad primum respondet ꝓ tenendo motum localem esse entitatem successiuam ⁊c. dicēdum est philosophum intellexisse mobile eo ꝓ localiter mouetur nihil acquirere preter motuz vel ꝓ nullā entitatem permanentē acquirit.

Aliqua mouebant in vna hora ⁊ nō sunt dāda oīa q̄ in illa hora mouebant

¶ Ad aliud admisso illo casu concedi/tur sequela ⁊ consequens ⁊ sicut tenendo motū localem idemptificari dicendum est in illo casu nullum fuisse totale ibi mobile immo nullas fuisse omnes partes que mouebātur ita �means istam positionem nullus fuit totalis motus nec aliqui fuerūt omnes motus nec alique fuerunt omnes partes: quarum nulla mouebatur quamuis partes infinite illius lapidis non mouebantur nulla enim pars terminata ad extremum a quo incipiebat diminutio fieri mouebatur et non sunt tot partes vel nō erant ad illud extremum terminate quin plures terminarentur ad illud nec est dabilis aliqua pars q̄ nō mouebatur quin aliqua pars eius moueret. ⁊ multa alia possunt ex admissione illius casus inferri ⁊ proportionabiliter dicendum est de motib⁹ partium. Pro intelligētia hui⁹ positionis

¶ Sciendū est ꝓ motus sursum ⁊ mot⁹ deorsum distinguūt specie et motus circularis ita ꝓ est entitas successiua qua lapis descendit deorsum specie distincta ab illa entitate q̄ ignis sursum mouetur ⁊ ab illa entitate qua celū mouetur circulariter ⁊ sicut sunt specie distincte ita versus diuersas differētias loci mobilia mouētur. sed ibi aduertendum est ꝓ ꝗuis termini ad quos sint eiusdem speciei nō oportet mot⁹ specie idemptificari: quia leue aereum in aqua existens ad speram aeris ascenderet illud leue aereum in igne elemētali existens etiā ad speram aeris descenderet sic idē esset terminus ad quē ⁊ mobilia eiusdem speciei ⁊ naturalissime mouerentur motibus tamen specie distinctis quod tamen videtur esse rationabile quia postq̄ mobilia ⁊ mouentia ⁊ omnia illos motus ꝓducentia sunt eiusdem speciei nō videtur vnde illi motus distinctionem specificā sortiant sed dicēdū est consequenter ꝓ mouentia diuersos motus producunt ꝓpter diuersitatem terminorū a quibus in ordine ad terminū ad quē q̄d ideo dicat: quia licet diuersi essent termini a quibus ⁊ sursum vtrūq; mobile moderet nō oporteret mot⁹ esse spē distinctos. vel dicat ⁊ meli⁹ ꝓ mouentia diuersos in spē ꝓducunt motus ex hoc q̄d a centro vel ad centrum moueri debent. ſz de vnitate ⁊ diuersitate specifica motū in q̄nto pscrutabit.

Mot⁹ sursum deorsū sursum mouetur ⁊ ab illa entitate qua celū mouetur circularis ⁊ circularis spē distinguntur.

¶ Dominus cameracensis in vna questione super tractatū de spera facit argumētum apparēter ꝓbans idem recte ⁊ circulariter moueri: ⁊ per consequens diceretur motum rectuz ⁊ circularem idēptificari in tali casu sit vn⁹ circulus cuius diameter sit pedalis ⁊ pūctum mediū diametri a/z ponatur diameter extra circulum cōstituens cū circulo angulum contingētie in a pūcto ī quo ponatur vn⁹ angelus qui incipiat moueri versus extremū diametri ⁊ equali velocitate qua angelus mouebitur descēdat diameter intra circulū sic ꝓ in fine vni⁹ hore gra argumēti sit pūctum a cētrum circuli cōstat intelligēti ꝓ angelus ille in quolibet instāti hore erat in circumferētia circuli: ⁊ p oīs descripsit vnam quartā ptem eius ⁊ sic circulariter mouebatur ⁊ ꝓ recte pz: q: medietatem diametri ptransibit. Ad q̄d dicēdum est cōcedēdo illū angelu recte mouerī admisso casu negādo ipm motum esse circulariter ꝗuis in quolibet instāti intrinseco tpis mot⁹ in aliquo pūcto circūferētie erat: ⁊ sic cōceditur ꝓ aliq̄d motu eius portionem circuli descripsit: ⁊ tm nō mouebat circulariter: q: ad inferendā ex discretiōe portiōis circuli motū esse circulare opz ꝓ ab illo mobili q̄d portionez illā descripsit scribat portio non p motum illi⁹ sup q̄d moueť. si enī diameter ḡesceret portio circuli nō describeretur. Multa alia argumēta possunt hic fieri: ⁊ illud q̄d dicebat de mutato esse partiū motus cōtinuatiū impugnari: ſz q: non reputamus vtile in talib⁹ immorari decreuim⁹ finem defensioni ⁊ declarationi hui⁹ opinioni predictis iponere. Et ad aliā positionez ꝓcedere quā quidez positionem ꝓbabiliter defensare intendētes talem cōclusionem ponim⁹.

Ad moueri circulariter nō sufficit portionez circuli describere.

¶ Motus localis est spacium quod tē/pore motus mobile q̄d per se mouet pertransit vel acquirit. Per se moueri dz illud q̄d nouum ⁊ nouū vbi acquirit dato ꝓ quicquid estei immediatū quiesceret. Et sic homo quiescēs in nauique mouet nō mouetur p se: sed per accidens Unde per accēs moueri dz illud quod quiescente q̄d est ei imediatum nō mouetur ⁊ efficit magis ⁊ minus distans ab alijs p motū alteri⁹ in q̄ locat. Auctor hui⁹ positiōis (vt dicebat) ī Grego. de arimino. ij. sniar dist. j. q. iiij. ¶ Cui⁹ ꝓbatio ꝓcipua est hec mot⁹ localis nō est entitas successiua ad mentē auctor ꝓme positiōis vt ipe īdubitāter tenet nec mobile q̄d locat mouet: q: illud q̄d alterat nō est mot⁹ alterationis: ſz poti⁹ ꝗm eū qualitas q̄ acquirit ⁊ nō videt q̄d sit aliū ergo esse spaciū q̄d tpe in quo mobile mouetur acquirit sicut mot⁹ alterationis qualitas q̄ producitur. Argumēta que eque bn ꝗtra tertiā positionē sicut cōtra istā videnť ꝓcedere inferius formabūtur. Sed aliqua que magis ꝓprie contra istam militare videtur in mediū adducūtur quor primū est fundatur in auctoritatib⁹: et in illis que de motu. ⁊ cōiter dici solēt que nō apparent huic positioni cōsona.

Quid moueturꝓ se. Quid moueturꝓ accidēs.

Motuum Gregorij.

¶ Arguitur primo sic motus celi dz esse causa generationis ⁊ corruptionis istor inferiorum: ⁊ tamen nullū spaciuz per q̄d mouetur est huiusmodi: igitur ¶ Item motus (vt habetur. vj. phisicor.) diuiditur ad diuisionem mobilis q̄d

spacio nō competit. igit. ¶ Item motus est actus entis in potētia. i. mobilis motus est in mobili vt patet tertio phisicorū. igitur ¶ Itē motus dicit via ad vbi vel ad spacium q̄d tempore mot⁹ acquiritur: sed via distinguitur ab illo ad quod est via. igitur ¶ Item motus dicit velor vel tard⁹: et tm spacium non est hmōi. igitur ¶ Item velocitas motus localis dicitur attēdi penes spaciū ptrāsitum: sed in intelligibile est q̄d velocitas spacij attendat penes spacium pertransitū. igitur.

¶ Ad ista respōdetur per ordinē suppo nēdo ꝓ ille auctoritates ⁊ multe alie lōge meli⁹ quadrant cū prima positione ꝗ cum alijs.

Quare saluātur ea q̄ d motu cōiter dicūtur ꝗm grego.

¶ Ad primū de motu celi qui dicit esse causa generationis ⁊c. dicit gregorius ꝓ illa ꝓpositio capitur in tali sensu celum qū mouet generationes ⁊ corruptiones causat: ita ꝓ non sic generationes ⁊ corruptiones fierent nisi celum moueretur. nec ista auctoritas debet in fauorez prime positionis adduci: quia minus rationabile videtur ꝓ ex vna entitate successiua generationes ⁊ corruptiones resultant effectiue.

¶ Ad aliud de diuisione motus dicitur ꝓ sensus illius propositionis est ꝓ q̄libet parti mobilis correspondet pars spacij.

¶ Ad aliud de motu qui dicit esse act⁹ extrīsecus sicut loc⁹ dicitur actus locari: nec ad saluandū illud dictū oportet dicere ꝓ sit mot⁹ idem mobili vel ei inherens ¶ Ad illud vbi dicebatur ꝓ motus est mobile facile dicit ꝓ esse in non capitur prime intētiōaliter. i. pro inherere vniuersali formare vel in loco existere: sed scde intentionaliter vt tm̄ valet sicut vere predicare nec sic debet fieri verificatio mobile est mot⁹: ſz sic mobile mouetur. sed illo modo nec in cōcreto nec in abstracto ille terminus motus vificat de isto termino mobile ꝓ oportebat capiēdo se cunde intentionaliter vt dictū est bene verū est ꝓ vbi cōtigeret ꝓ spaciū per quod aliq̄d moueretur etiā mutaret locū sicut si sortes in naui q̄ mouetur moueret ista esset vera mobile est motus: sed non ad intentionez illius auctoritatis.

Idē est motus velox ⁊ tardus.

¶ Ad aliud de via dicitur ꝓ spaciū quod ꝓtransit mobile benejest via ad terminū ad quē in q̄ mobile quiescit: ⁊ respectu cuiuscūq; vbi intrinseci illius spacij spacium ꝓcedens diceretur bn via ad illud: ⁊ sic saluatur motū esse viā ad acquisitionē illius q̄d tpe motus acquirit. ¶ Ad aliud in quo dicebat motus dz velox ⁊c. dicitur ꝓ spacium pōt dici velox ad talē sensum ꝓ mobile illud velociter ꝓtransit ⁊ tardū: q: tarde. Gregorius tm̄ dicit ꝓ spacium nō debet dici velox vel tardū: sed motus dz velox ad talē sensum ꝓ mobile velociter moueť: ⁊ ex ꝓmo modo dicēdi sequitur ꝓ idē spacium mot⁹ velox ⁊ mot⁹ tardus esset simul: patet si per idē spaciuz duo mobilia mouerentur vnū velociter/⁊ aliud tarde sequit etiā ꝓ respectu eiusdē mobilis idem spaciū motus tardus ⁊ motus velox esset simul: patz si in vna hora p vnū spaciū idē mobile moueret diformiter ꝓtim videlicet velociter et ꝓtim tarde.

¶ Ad aliud de illo penes q̄d velocitas dicit attendi. respōdetur ꝓ illa regula dz in tali sensu accipi ꝓ vnū mobile veloci⁹ alio moueť si ī eēlitpe maius spaciū vel in minori equale ptrāseat.

¶ Secundo arguitur sequeretur ꝓ aliquid moueretur ⁊ tamen nullus esset mot⁹ eius sequela, ꝓbatur moueat a/mobile p vnū spaciū quiescēs in vna hora in quolibet instāti illi⁹ hore verū est dicere ꝓ a/moueť: ⁊ tm̄ nullus est motus ei⁹. Et si dicas illud spaciū motuz eius esse.

¶ Contra: in nullo instanti intrīseco illius hore verū est dicere illud spaciū pertransit vel acquiritur: igitur oīa tenet: q: nō alia de cā illud spacium motus eius diceretur. aīs probatur detur ꝓ in instāti medio hore ista esset vera istud spacium pertrāsitur sequeret ꝓ immediate post illud instās hec esset vera: istud spacium fuit pertrāsitum patet: quia habuisset vnam de ꝓsenti verā quod extra instantias sufficit ad ei⁹ veritatem. ¶ Secūdo ꝓbatur illud spaciū nō esse motū sequitur bene in quolibet instanti intrinseco hore verum est dicere illud spaciuz esse quietem: ergo in nullo est motus. tenet oīa cuz motus ⁊ quies termini sint cōtrarij: ⁊ per consequens non verificabiles de eodē simul ⁊c. ⁊ aīs pz: q: post q̄ spaciū quiescit p casuz aliqua dz assignari eius quies ⁊ non nisi ipsummet. igitur.

¶ Confirmatur: rota figuli mouetur ⁊ tamen nullus est motus eius cū nullū quando monetur acquirat spacium. Ad primū respōdetur negando sequelam: ⁊ ad probationem casu admisso dicitur ꝓ in quolibet instāti hore est verum dicere illud spaciū esse motum: ⁊ totuz spacium acquiri: ita ꝓ in instanti medio hec est vera: istud spaciū est motus ad cuius veritatē sufficit ꝓ vna pars eius sit acquisita vel pertrāsita ⁊ alia acquirenda vel pertransenda: ⁊ ꝓ pars p transita tunc primo sit acquisita: ⁊ pars pertransenda incipiat acquiri: quod notāter addit: q: aliꝭ sequeret ꝓ si postq̄ ad punctum spacij medium a/mobile peruenerit: ⁊ ibi pervnū horam quiesceret post cuius finē aliam partē pertransiret in illa hora quietis esset verus dicere illud spacium esse motū. quod est falsum. Ad aliā ꝓbationem primo dici potest ꝓ aliq̄d quiescit cuius nulla est quies patet de illo spacio in casu. Secūdo diceretur ꝓ vbi spacium illud esset in loco quiescente per quem nihil moueret ꝓ locus talis spacij. esset eius quies: sed vbi in nullo quiescente spaciū quiescens locaret videtur esse concedendū aliquid quiescere cuius nulla est quies: vel idem motum ⁊ quietem esse ⁊ negare ly motus ⁊ ly quies esse terminos contrarios: q: nō valet dicere ꝓ non incōuenit terminos cōtrarios respectu diuersorū eidem competere vt dicebatur in predicamento ad aliquid.

Quid req̄ritur ad veritatē hui⁹ hoc spaciū acq̄ritur vt ptrāsitur.

Quid est q̄ es ꝗm istaz viam.

¶ Ad confirmationem de rota figuli Primo dici posset ꝓ non mouetur ꝗm se totam sed bene ꝗm partes ad talē sensum ꝓ quelibet digitalitas circūferentie nouum ⁊ nouum locū acquirit: et illud sufficit ad hoc ꝓ moueri dicat. non dicimus ꝓ ꝗm suas partes mouetur postq̄ oēs sue illi partes idēptificantur: et non habet

Gregorius potius ad illud argumentũ ꝛ similia ꝓ alij rñdere: qꝛ ꝓm quãlibet positionẽ si moueri dicatur illa nata maxime esset localiter ꝛ iã oporteret assignare locum qui tempore motus acquiritur ab ea.

¶ Tertio arguitur expositiõe sequitur adhuc ꝙ aliquid mouetur: ꝛ tamen nihil est motus eius: sequela probatur: descendat vn⁹ lapis in vna hora ad distantiã decem pedũ sic ꝙ sicut ille lapis descendet deus ꝓducat spacium taliter ꝙ retro lapis relinquat spacium: sed in nullo instanti habeat ante se aliquod spacium: ꝛ in fine hore primo sic ꝓductũ in illo casu ille lapis per illam horaꝫ mouebatur: ꝛ tamẽ nullus erat motus eius: quia nõ totũ spacium postꝫ nunq̃ totum illud spacium fuit neq̃ aliqua pars illi⁹: quia priusq̃ illa pars fuisset pertrãsita quecũq̃ detur nõ erat motus: ꝛ post ꝓductionẽ eius nõ mouebatur per illam mobile. igitur.

¶ Et primo ꝛ q̃ est in argumẽto apparẽtia: sed simili ꝓbaretur q̃ in absentia corpis luminosi aliq̃d luminis ab eo, pducti maneret ꝛ in absentia visibilis visio: ptz sit lumen, pductum in medio intẽsum vt decem ab a luminoso qõ subito elõgetur ad tantã distãtiam q̃ nõ sufficiat in illud mediũ lumen, pducere nec ꝛseruare vel annihiletur instãtanee lumine relicto suis naturalibus vel totum lumen vel aliq̃d eius cõseruabitur in illo medio vel ne. Si primũ habetur intẽtum. si scõm currit argumẽtum: q̃ lumen illud cũ appetat se cõseruari in esse nõ debet in instãti in nihilũ redigi. proportionabiliter de visibili argui põt. Si dicas q̃ ad remotionẽ instãtaneã seq̃tur instãtanea corruptio: ꝛ p ꝛñs sicut fit primum supnaturaliter ita: ꝛ fm bene ostẽderes nõ intelligere punctũ argumẽti. ¶ Item signata determinata resistẽtiam ipsius luminis quo ad sui corruptionem (si aliquã habeat) q̃to velocius corp̃ luminosuꝫ amoueretur tãto citius lumen illud annihilaretur: ꝛ p ꝛñs cuꝫ nõ ita velociter posset illud luminosum naturalr̃ remoueri q̃n veloci̊ posset ꝛ remouẽs tale luminosum nihil, pducat in subiecto luminis ipsi̊ luminis corruptiuum: semp habetur q̃ si illud lumen resisteret nõ deberet ad remotionẽ luminosi corrũpi. ¶ Item assensus euidẽs hui̊ plato monet existens in mẽte sortis motoꝝ suis ipm sorte in instãti primo nõ esse mot̃ platonis desineret esse et q̃uis ibi nõ detur intẽsissimus assensus quẽ habuit sortes sufficit q̃ multi assensus partiales immo infiniti desinent tũc esse fm se: ꝛ qõlibet sui qõ si negetur naturalr̃ ꝛtingeret assensu qui fuit euidẽs naturali euidẽtia decipi: nec, p actu volũtatis nec, p lumine nec, p assensu illo sufficit dicere q̃ infinito cõcursu cause prime corrũpuntur subito sicut de minimo naturali in prio dicebatur: q̃ a nullo creato cũ quo prima causa cõcurrat illa corrũpuntur saltem de p se nec talis necessitas sicut ĩ minimo naturali cogit post q̃ sub minori intẽtione cõseruari possunt vt supponitur. Sicut igitur de lumine ꝛ de assensu visione dicẽdum est q̃ absente cõseruatiuo puta luminoso vel obiecto remotissimo vel visibili ablato nõ sunt alicui̊ resistẽte nec se in esse cõ-

seruare appetunt: ita dicendum est q̃ actus voluntatis concursu voluntatis ad conseruationem eius deposito sicut nec corrumpenti resistit: ita nec in esse conseruatur.

Quõ aliq̃d ꝛ primatum corrũpens.

¶ Pro quo aduertẽdum est q̃ esset maior in argumẽto difficultas si actus voluntatis subito diceretur corrũpi ab aliquo positiuo corrũpẽte sicut frigiditas aq̃ ab igne corrũpitur: ſz primatiuũ corrũpens dũtaxat assignatur qõ per absentiã videlz sui annihilatio seq̃tur sicut nauta absens vel negligẽs submersionis nauis causa ꝛ. volũtas eñ nõ aliter actiue ad corruptionem actus sui cõcurrit q̃ suum cõcursum ad cõseruationem eius suspẽdendo: ꝛ cum illo concursu eius deposito nihil illius actus conseruari posset per aliquod tempus resistere sue corruptioni non valet. ¶ Idem dicatur de lumine de assensu ꝛ de visione.

¶ Sed cõtra hoc arguitur sic vel voluntas patitur aliquã difficultatem deserẽdo actuꝫ vel ne. si primũ nõ poterit actus ille subito annihilari. Scõm nõ est dicẽduꝫ: q̃ difficili̊ est volũtati actũ intẽsiorẽ deserere q̃ remissiorẽ ceteris paribus ꝛ secludũtur motiua q̃bus volũtas talẽ actũ, pduxit ꝛ cõseruabat. Rñdetur q̃ q̃uis esset aliqua difficultas respectu volũtatis nitẽtis illũ actũ deserere nõ seq̃tur q̃ actus ille nõ corrũpatur subito: q̃ in prio instãti nõ esse ꝛcursus ad ꝛseruationeꝫ illi̊ nõ esset difficultas in superãdo motiua q̃b̃ volũtas ad formãduꝫ ꝛ cõseruãdum illũ actũ mouebaꝯ q̃b̃ seclusis nulla esset assignãda difficultas. Sed iã arg., pbãdo q̃ volũtas nõ põt actũ in instãti, pducere alia via difficili̊ est volũtati actũ intẽsuꝫ vt. 4. q̃ intẽsuꝫ vt. 2. ceter̃ parib̃, pducere: q̃ aliquã difficultatẽ in, pducẽdo actũ patiꝯ. ꝛ p ꝛñs nõ poterit in instãti illã superare. añs, pbaꝯ ex opposito seq̃tur q̃ nõ magꝭ mereretꝯ sortes actu meritorio itẽso vt 4. q̃ vt. 2. dãdo cetera paria qõ nullo pacto est dicẽduꝫ. seq̃la, pbaꝯ. q̃ nõ videꝯ vñ esset rõ maioris meriti, ppter intẽsiorem actũ q̃ ex maiori difficultate in ei̊, pductiõe. ¶ Forte dices q̃ p intẽsiores actũ magꝭ mereretꝯ. pbatur maiorẽ conatũ. ¶ Cõtra vel maior conat̃ volũtatis req̃ritur ad, pductionẽ actus intẽsioris q̃ remissioris vel ne. si scõm dictũ nullũ. si primũ habetur intẽtum. Non eñ videꝯ esse op̃ maiore conatu nisi ppter maiorẽ difficultatẽ. ¶ Argumẽtum istud difficile est ꝛ q̃uis ad moralẽ pbiam vel theologiã spectet ad phisicũ spectat de, pductiõe act̃ volũtatꝭ in pte discutere signãter cũ in tertio de aĩa de actib̃ intellect̃ ꝛ volũtatꝭ discuti debeat ꝛ cõpletã ꝛ pfectã resolutionẽ vsq̃ ad aliũ locũ differre decreuim̃. Et, p nũc sub vno ꝛbo ꝛ. q̃ (put alibi dictũ est) si sortes conatu vt. 2. portat põd̃ vni̊ libre stat q̃ nõ posito ex pte ei̊ maiori conatu portet põdus duaꝝ libraꝝ cũ platone apponẽte tñ conatũ nec in tali casu sortes patiet maiorẽ difficultatẽ portãdo scõs põd̃ p̃ primũ sicꝯ ipñtiaꝝ põt dici q̃ q̃uis nõ apposito maiori conatu volũtatis ad, pducẽduꝫ actũ vt. 4. q̃ apponebat ad, pductionesꝫ act̃ vt duo esset difficilius producere vt quattuor q̃ vt duo si duplus conatus apponatur non opꝫ maiorẽ difficultatẽ assignare: q̃ si istud non satisfiat dicꝯ q̃ proportionabiliter sicut lumẽ intẽsius, pducitur in medio melius disposito ceteris paribus absq̃ difficultate ita actus volũtatis intẽsior formatur fm quod volũtas melius disponꝯ nullã difficultatem in formatiõe talis actus patiendo. ¶ Disponitur autẽ volũtas melius ꝛ melius per maiorẽ quẽ apponit conatũ: sed ibi est dissimilitudo: q̃ mediũ respectu luminis mere passiue se habet voluntas vera ad productionesꝫ sui actus actiue cõcurrit: sed illa dissimilitudo non tollit intentũ quia sicut corpus luminosum per formã substantialem ꝛ lucẽ quam hꝫ, pducit lumen determinate intẽsionis ꝛ si magis de forma ꝛ de luce haberet intẽsius, pduceret. Item volũtas per conatũ quẽ apponit reddꝯ potẽs ad, pducendũ actũ determinate intensionis ꝛ per maiorẽ conatũ ceteris paribus intẽsiorẽ, pduceret q̃uis nec in productione remissioris nec in, pductione intensioris patitur difficultatẽ sicut nec corpus luminosum in, pductione remissioris nec intẽsioris luminis. Sed de ista instãtanea, pductione luminis vel visionis fiat argumentũ de infinitate luminis q̃ debebat resultare ex cõtinua applicatione ꝛc. superius in tertio secũdaꝯ parte argumẽto dictum est quid videbaꝯ esse dicendum.

Non oĩ qõ maiores conatum exigit est difficilius.

¶ Ad argumentũ igitur ex dictis patet solutio ꝛ ad illam auctoritatẽ pbi inconueniens est qõ generaꝯ mox corrũpi dicꝯ, pductio actus volũtatis vel luminis non est generatio. ¶ Sed dices data instãtanea, pductiõe vel corruptione minimi staret q̃ illud qõ, ppte gñatur mox corrumperetꝯ. igitur. Añs, pbatur sit istud primũ instans esse alicui̊ minimi naturalis immediate post sit applicatũ ei vnũ corruptiuũ ipedimẽtis seclusis tunc non imediate post erit illud minimum naturale. igitur.

¶ Respõdetur adnisso casu negãdo q̃ non immediate post illud minimũ naturale erit nec ex illo seq̃tur successiua corruptio eius opꝫ eñ q̃ cõseruatiue qualitates forme substãtialis illius minimi naturalis prius corrũpanꝯ vel remittantur q̃ q̃ forma substantialis eius desinat esse qõ absq̃ tpe fieri neq̃t: ſz de hoc supra in primo pte tertia circa primã, pprietatesꝫ forme substantialis dictum est.

¶ Secũdo principaliter arguꝯ sic si vir/tus aliqua posset in instanti aliq̃d, pducere illa posset imediate post illud instãs, pducere illud vel nullũ tale: ꝛñs est falsuꝫ igitꝯ: sequela claret et añs, pbatur producat volũtas in hoc instanti a/actũ ꝛ imediate post, pducat b/actũ vel productionis b/actus danda est aliqua mẽsura vel nõ secũdũ nõvideꝯ esse dicendũ. Si primũ vel illa erit subitanea vel tpalis: si primũ dabuntur duo instãtia imediata qõ cuilibet positioni de instãtibus obuiat q̃ positioni tenẽti instãtia esse mẽsuras indiuisibiles durationũ distinctas a mobili cõtradicat liquet q̃ alteri positioni repugnet: patet q̃ existẽte primo mobili vel aliquo alio qõ

Universidad de Deusto Biblioteca

mouetur in aliquo loco nō est possibile p naturam nec supnaturalr p motū q̃ in aliq̃ alio loco immediate post illud mobile existat. sic enim ītelligēdus est fm hāc viā duo instātia imediata dari nō posse. si scōm: nō immediate post esset b.

¶ Et cōfirmatur cuilibet naturali ,pductioni assignāda est mensura: ſz nec instātanea nec tpalis in casu debetur: igitur.

An p vltimū non esse aliq̃d pt naturalr incipe esse.

¶ Argumētū istud petit an vltimus nō esse aliq̃d posset naturaliter incipe esse naturaliter inq̃: qr q̃ diuine subiaceat potētie nemini fideliūs debet cadere in dubium q̃ nus aliqui difficultatem faciant in hoc videlz q̃ si deus in hoc instanti ,pducat a/angelū ⁊ immediate post producat b angelū an immediate post b/posit producere c/alium angelū ⁊ claret q̃ nō in sensu cōpositio: hoc est ista copulatiua est impossibilis in hoc instāti deus producit a/angelum per primū esse ⁊ immediate post ,pducet b/⁊ immediate post b producet c excludēdo reproductionem: hoc liquet qr opposito dato manifesta sequitur repugnātia. bene enim sequitur immediate post a/erit c/seu ,pducetur c/⁊ immediate post a producetur b/ergo c nō producetur post b/qd repugnat tertie parti copulatiue: sed q̃ immediate post a/ debeat c produci patet quocunq̃ instāti post instās productionis a/dato et non inter illud ⁊ instās a ,pduceretur c nō contingeret q̃ b immediate post a ⁊ c immediate post b ,pduceretur. dicebatur sine reproductione: qr hora futura diuisa p partes ,pportionales minoribus terminatis versus instās initiatiuum ⁊ q̃ in vna parte ,pducatur a/⁊ in alia b/ in qua corrumpatur a ⁊ in alia c in qua corrūpatur b: ⁊ in alia reproducatur a ⁊ corrūpatur c/ et sic p omnes partes ,pportionales hore copulatiua illa verificaretur. hoc tn̄ non tollit (aiunt) quin tres angeli possint sic immediate produci dato primo instāti esse secūdi: ita q̃ sint a b c ⁊ b producatur in instanti initiatiuo vnius hore future: ⁊ a immediate ante ⁊ c immediate post b incipiet esse p vltimum nō esse ⁊ a per primum esse: sed instans inceptionis a non datur in tali casu exponēdo primum instans esse sicut cōmuniter exponi solet quod notāter dicitur: quia si primum instans esse b deberet dici primum instans esse a in illo instanti deberet esse a et non immediate ante stando in cōmuni modo exponendi. Sed si sic exponatur primum instās esse inter omnia instantia in quibus erit a/illud erit primum vel in illo instanti erit a: ⁊ in nullo instanti ante instans primum esse b/potest dici instans primum esse a.

¶ Positis istis tribus angelis sic producis solēt rōnabiliter dubitare si instās terminatiuum illius hore versus cuius initium ,pduci dicebātur esset cuiuscūq̃ illoꝝ vltimum esse: an vnus per maius tēpus q̃ alius erit ⁊ primo videtur q̃ a per maius tempus q̃ c erit postq̃ inter productiones illoꝝ dicebatur instans primum esse b mediare. Item per totum tempus in quo erit c erit a/⁊ adhuc per maius postq̃ immediate ante horā in qua erit. c. a. habet ,pduci.

¶ Sed oppositū arguitur nō datur aliquis determinatus excessus temporis quo tempus durationis excedet tempus duratōis alterius vt patet intelligenti. igitur. ¶ Secundo et melius si cum angeli isti producerentur moverentur eque velociter non dabitur maius spacium pertransitum ab vno q̃ ab alio: ergo non mouebantur in inequalibus temporibus ⁊ quocunq̃ tempore sue durationis mouebantur. igitur. ¶ Videtur ad dubium esse dicendum secundum aliquos q̃ in casu non durabunt illi tres angeli per equale tempus: sed. a. erit per horaz et per aliquod tempus magis inadequate ita q̃ illud vltra horam non est signabile: sed quocunq̃ parvo tempore dato erit per minus vltra horam ⁊ sic dicerent esse modicum q̃ non est signabilis adequatus ⁊ determinatus excessus: ergo tempus durationis. a. excedet tempus durationis aliorum ⁊ isti non darent maximum tempus durationis sicut nec. c. sed bene. b. in casu dato. ¶ Dictum istud colorat ex hoc q̃. c. non erit per horam ⁊. b. sic cum ad esse per totam vnam integram horam requiratur in instanti terminatiuo et initiatiuo esse. ¶ Modus tamen iste dicendi nunq̃ nobis placuit: q̃ enim non detur maximū tempus finitum per quod. a. posset durare non est inconueniens: sed q̃ fuit vel erit per aliquod tempus finitum ⁊ q̃ non fuisset maximum in cuius instanti terminatiuo fuit: et q̃ non sit maximum est in intelligibile. Dicitur in cuius instanti terminatiuo ⁊c. quia si in illo instanti non existeret forte esset maior apparētia vt inferius ostendetur. Et probatur ex illo modo dicendi sequi q̃ duo corpora essent iam in instanti inequalia ⁊ tamen non esset assignabilis excessus quo vnum excederet aliud quod est impossibile sequela probatur: sit vnum illorum. d. et aliud. e et producat deus immediate ante instans initiatiuum hore preterite cuius istud instans in quo sumus sit initiatiuum. d. sub nulla quātitate ⁊ incipisset augeri. a. non quanto per totam horam taliter q̃ in hoc instāti sit pedale et. e. fuisset productum in instanti initiatiuo sub nullla quantitate ⁊ eque velociter cum. d. augeatur vel instāti hore terminatiuo erit pedale vel maius vel minus: non maius ⁊ si minus queritur de excessu et assignare illum nescires quia iam daretur tempus per quod. d. fuit ante. e. determinatum correspondens illi excessui. ⁊ per cōsequens habetur intentū: vel oportet dicere q̃. d. ⁊. e. erunt equalia in illo instanti et tamen eque velociter a non quanto augmentabuntur et. d. per maius tempus q̃. e. quod est in phisica absurdum. Nec consentias dicentibus q̃ non inconuenit illud q̃. d. per nullum tempus adequatum augmentabitur in quo non augmentaretur. e. q̃ nus per aliquod tempus inadequatuz videlicet per partem hore preterite terminatam in instanti initiatiuo in quo augebantur et per medietatem illius et per vnam quartam ⁊c. ¶ Istud enim nihil valet quia si ante instans initiatiuum augmentabatur. d. cesset in illo instanti augmētatio

A ,pductus immediate ante istās in quo ,pducitur. b. ⁊. c. i. mediate p̃ per equale tēpus erūt cum. b.

⁊ dicas cuius p̃titatis in hoc instāti esset ⁊ nescires assignare illam constat intelligenti.

¶ Quapropter nobis videt eē dicēdū q̃ casu a. b. c. per equale tēpus erūt ⁊ sicut indiuisibile adiuncum non facit maius ita instans adiectum tēpori non facit maius tēpus. ¶ Sed dices ex hoc sequeret q̃ si per primū esse a. ⁊. b. incipiant esse in instāti initiatiuo huius hore et instans terminatiuū sit vltimum esse. a. ⁊ primum non esse. b. ,q̃. b. ficut. a. duraret per vnam horā quia non est discrimen nisi per instās qd si concedatur. ¶ Cōtra incipiāt moueri per vnum pedale eque velociter sic q̃ in instāti terminatiuo hore. a. erit in puncto terminatiuo illius spacij sed per tantū tēpus erit. b. sicut ⁊ toto tempore sue actionis mouebat. b. eque velociter cum. a. tn̄ spacium erit pertrāsitū in fine hore. a. b. sicut ab a. quod tn̄ non est cōcedendū postq̃. a. pueniet ad punctum terminatiuū ⁊ non. b. Quid ad hoc esset respondendū ex tertio parte scōa argumento octauo (in quo an esset dabilis qualitas preter spūales indiuisibilis discutiebat) haberi pōt ¶ Sed pro nūc dicim̄ primo q̃ propter illud dicebatur data existētia illorū in instāti terminatiuo tēporis durationis. e. motus qr vbi non datur aliter forte esset dicendū. ¶ Scōo illud quod solet dici vez q̃ ad aliquod spaciū esse ab aliquo pertransitū requirit q̃ perueniāt ad punctū terminatiuum taliter q̃ in aliquo instāti sit in illo: videtur ferme gratis dictū ⁊ lōge maior apparētia est q̃ sufficit q̃ in quolibet puncto intrinseco erit verū dicere q̃ fuit qd notāter sub his verbis dicitur qr nolumus dicere q̃ sufficiat q̃ in quolibet puncto intrinseco eius erit vel q̃ ad quodlibet puncti intrinsecū eius pueniet qr sequeret q̃ si. a. inciperet per vnū pedale moueri sic q̃ in vna hora ptransibit primā partem ,pportionale et in alia scōam dato infinito tpe futuro q̃ illud pedale erit ptransitū qr ad quodlibet punctum intrinsecū pueniret: ſz hec est falsa aliqn̄ ita erit q̃ in quolibet pūcto intrinseco illius pedalis. a. fuit ⁊ q̃ illud pedale nō erit ptrāsitū in casu illo claret qr ad eius ptransitiones requirit infinitū tēpus. ¶ Aliud dubiū qd circa ,pductionē illorū angelorū occurrere solet est an angelus. a. q̃ immediate aīi instās initiatiuū hore ponit produci incipiat esse qr videt q̃ nō qr nec per primū esse nec per vltimū nō esse de scōo cōstat ⁊ de primo pt̃z postq̃ imediate ante illud instās initiatiuū fuit ⁊ nō datur aliud instās ante in quo prio fuisset imo nec in quo fuisset. ¶ Sed q̃ debeat inciperе ,pbatur qr nō fuit ab eterno. ¶ Ad hoc dicitur q̃ forte quispiā diceret nō posse aliquid immediate ante aliqd instās ,pduci. Sed dici potest q̃ in nullo instāti angelus. a. in illo casu inciperet: ſz in quocūq̃ tpe pcedente illud instās aīi qd imediate ponit produci ita q̃ in illo casu hec copulatiua sit vera in isto tpe iste angelus fuit demonstrato parvo vel magno tpe ad illud instans terminato pterito ⁊ non imediate ante. et per oīs ista iste angelus in isto tempore incepit esse eodez tēpore demōstrato. ¶ Sed dices ista

Vt aliquid certum spacium ptrāsiuerit sufficit q̃ erit ita q̃ in quolibet puncto illius itrinseco fuit.

in isto tēpore iste angelus fuit nō habet aliquaz veram de pſenti correspondentē ⁊ est extra instātias. igitur. aīs ,pbatur falsa enim fuit hec iste angelus in isto tēpore est si fuit formata alio tēpore demonstrato cum nec pro instanti nec pro aliquo tempore adequate verificetur: dicatur q̃ sufficit q̃ pro tēpore adequato verificet hoc est non sic dicitur esse in illo tempore nec in aliqua parte eius quin in aliqua parte illius temporis non fuit vel posset dici non esse: alij dicerent q̃ esset euasio vtendo tempore aliquo ad illud instans terminato pro tēpore presenti. ¶ Sed nos breuiter nec vnum nec aliud approbamus.

¶ Primo iam oporteret cōcedere q̃ in quolibet instanti illius tēporis ista esset vera. a. incipit esse. et per oīs. a. pluries incepisset esse. ¶ Sed forte ad hoc diceretur q̃ ad aliquid pluries incipere esse requiri q̃ desinat esse ita q̃ inter inceptionem ⁊ inceptionem. a. vt sic fit interpolatio si per desitionem ad minus de presenti verificatur post talem verificationez deberet verificari de preterito. ⁊ per cōsequens ante illud instans ad quod terminatur illud tempus ista fuisset vera. a. incepit esse quod non est dicendū in casu.

¶ Secūdo sub illo modo dicendi de adequate vel inadequate innumera inconuenientia includuntur ⁊ videtur esse fuga quedam potius q̃ vera solutio quod nos gratia breuitatis nolumus prolixe manifestare.

¶ Unde aduertendū esse putam̄ q̃ ad aliquid incipere esse sufficit q̃ in aliquo instanti ⁊ nullo instanti ante fuisset ⁊ sic in casu. a. angelus in instanti productionis. b. inciperet esse et debet exponi per propositiōes de incipit proportionabiliter per propositionē de presenti videntur exponende. Potest etiam dici probabiliter q̃ q̃ nus immediate ante instans productionis. b. a. producebatur non tamen fuit ante illud instans: cōmuniter enim dicitur q̃ quando res producebatur non erat nisi instantanee produci dicatur quod tamen. a. non competit postq̃ nullum instans productionis eius assignatur. Sed forte dices quid igitur discriminis erit inter productionem. a. ⁊ productionem b. in casu quia si a. non fuit ante. b. videtur q̃ non fuit productus vnus ante alium. Diceretur q̃ sicut data vna caliditate producta successiue in vna hora et alia que in instanti terminatiuo illius hore tota produceretur verum esset dicere q̃ prima producebatur ante secundā tamen nun q̃ fuit ante illam sed simul primo fueruntin illo instanti sic angelus. a. q̃ nus ante. b. producebatur simul cum. b. primo dicitur esse sed non est omnino simile eo q̃ caliditas illa que ante aliam producebatur: producebatur successiue. a. vero angelus subito sed postq̃ non datur instās productionis. a. (vt dictum est) non debet dici q̃. a. erat qn̄ producebatur. ¶ Sed forte dices si sic esset dicendū secūretur possibilitas huius. a. ,pducebatur ⁊ tn̄ nec fuit nec est nec erit: sequela probatur posito q̃ deus imediate ante hoc instans produxisset. a. ⁊

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝓ nõ cõseruet a/in hoc instãti necvnq̃ post. Ad hoc dicerek ꝓ etiã tenẽdo ꝓ ista debeat concedi in instãti imediate aũ qõ a/ponik produci a/fuit non cõseruato a/in hoc instanti nec post ⁊ sic aliquid qõ in nullo instãti fuit nec est nec erit diceretur fuisse qõ videk incõueniẽs. ¶ Scõo vbi casus non admitteret non iudicam⁹ male respõderi vt statim manifestabik ex vno alio dubio circa istam materiã occurẽte vcz aũ c/angelus imediate post hoc instãs ꝓducendus posset sic produci post instãs ꝓ in nullo instãti post conseruetur ⁊ primo videk ꝓ sic quia quocunq̃ instanti post hoc dato aũ illõ posset deus ãnihilare c/angelum post hoc instãs producendũ postq̃ inter illud ⁊ quodlibet aliud post infinita erunt instãtia. ¶ Item non necessabik deus ad cõseruandũ c/angelũ post hoc instans cõseruandũ in aliquo instãti post hoc nec in aliquo tpe qz quocũq̃ tpe dato posset deus precise per medietatẽ illius tẽporis c/angelum conseruare.

¶ Sed in oppositũ arguik si nõ deberet c/angelus imediate post hoc instans producendus per aliquod tp̃s conseruari sequerek ꝓ hec est concedẽda c/angelus erit ⁊ tñ nec in aliquo instanti nec in aliquo tempore adequate erit qõ reputatur incõueniẽs: ⁊ ꝓnis facile esset cõcedere sequelã tñ postq̃ absq̃ difficultate possumus ad argumẽta ante oppositũ respõdere malo dicere ꝓ non est admittendũ ꝓ imediate post hoc producak c/angelus ⁊ ꝓ non conseruek per aliquod tempus. Et ad primũ dicik ꝓ cõcludit istã debere cõcedi imediate post hoc c/producek et ante quodlibet instãs futurũ põt ãnihilari quia prior est vera ex casu et secũda necessaria q̃ non debet in esse poni per istam aũ quodlibet instãs futurũ c/ãnihilabik vel ãnihilak: sed per plures singulares incõiunctim ⁊ sufficit ꝓ q̃libet earum stet in veritate cum priori: et sic iste modus procedendi est nullus si imediate post hoc instans producek c/⁊ ante quodlibet instans futurũ põt annihilari detur ꝓ ꝓducak imediate post hoc ⁊ ante quodlibet instans futurũ ãnihilek ⁊ sic habetur ꝓ non est illud admittendũ iste modus in q̃ arguẽdi est nullus sicut iste sortes sedet ⁊ põt stare detur ergo ꝓ sedeat et stet. ¶ Ad aliud de necessitate cõseruatiõis dicik ꝓ q̃nis ista ꝑna valeat imediate post hoc producek c/ergo c/in aliquo instanti post hoc ⁊ in aliquo tẽpore adequate non habek ꝓ si imediate post hoc ꝓducetur c ꝓ necessario erit in aliquo instãti vel tp̃e nisi forte necessario (vt dici solet in alijs) necessitatẽ cõsequẽtie importet. ¶ Rursus nolumus ꝓcedere ꝓ si imediate post hoc ꝓducetur c/angelus c/angelus erit in hoc instãte vel in hoc tẽpore quocũq̃ instãti vel tẽpore post hoc instans demõstrato cõstat eñ istam ꝑnam esse nullã si homo est hoc animal est quodcũq̃ aĩal demõstrek q̃nis istava leat si hõ est aĩal est sik mõ arguerek in ꝓposito si c/angelus imediate post hoc erit c/angel⁹ erit in aliquo tpe post hoc cũ quo stat ꝓ cõtingeret ei in quocũq̃ tpe post hoc erit cõseruek. ⁊ p ꝑnis absq̃ incõuenicti põt non admitti angelũ c/imediate post hoc instans ꝓduci ⁊ nullo tpe conseruari: ⁊ dicimus ꝓ ex priori sequitur hec disiunctiua c/angelus in isto tẽpore ꝓseruabitur vel c/angelus in isto tẽpore conseruabik ⁊ sic de alijs infinitis tẽporibus futuris terminatis ad hoc instans demõstratis sed breuiter nulla pars illius disiunctiue sequik ex priore. ¶ Sed forte dices diuisibiliũ hora futura per partes ꝓportionales minoribus terminatis versus hoc instans post qõ immediate c/angelus ꝓduci dicik si dicta starẽt sequerek ꝓ ista ꝑna valeret c/imediate post hoc producek ergo c/erit in aliqua parte ꝓportionali hore future terminata ad hoc instans qõ videtur esse falsum cum dato ꝓ immediate post hoc producatur potest ante quamlibet partem proportionabilem ãnihilari.

¶ Respõdetur ꝓ illud parum valet longe minus videk: hec ꝑna cõcedenda immediate post hoc ꝓducetur c/angelus ergo in aliquo instanti post hoc c/angelus erit ⁊ tñ cõcedim⁹ illoz. Et si tentares descendere disiũctiue sub ly aliquo instãti in ꝑte formãdo rõnales parũ ostenderes te scire in materia de descẽsu ⁊ sic cõcedik ꝓ si imediate post hoc ꝓducatur c/c/erit in aliqua parte ꝓportionali terminata ad hoc instãs et cum dicebatur põt ante quãlibet ãnihilari et ꝓ immediate post ꝓducatur negak qz ista c/potest ante quãlibet partẽ ãnihilari reqrit veritatẽ huius c/aũ quãlibet partẽ ãnihilak siue ãnihilabitur qõ nos non admittim⁹: sed conceditur hec immediate post hoc ꝓducetur c/angelus ⁊ ante quãlibet partẽ ꝓportionalẽ põt ãnihilari ex qua non habes qõ intẽdis vt ostensum est. Ex q̃bus constat ꝓ põt apparẽter nõ admitti ꝓ immediate ante hoc instãs ꝓducatur a/angelus ⁊ ꝓ non conseruetur in hoc instãti nec in aliquo aũ ⁊ certe recte cõsiderãs incõueniẽs debet reputare ꝓ aliquid ꝓducatur ⁊ ꝓ nec per tẽpus nec per instans esse dicat ⁊ q̃nis oporteat illud nõ admittendo dicere aliqua q̃ videtur extranea vel diuine potẽtie repugnare ne incidam⁹ in illud incõueniens rõnabilius videtur illud nõ admittere.

Non potest immediate ante hoc instans ꝓduci aliqs ãgelus ⁊ nõ cõseruari in hoc instãti.

¶ Sed aduertendũ est ꝓ q̃nis ista ꝑna valeat immediate post hoc ꝓducetur c/angelus ergo c/angelus erit in aliquo instãti post hoc nolumus istam ꝑnam cõcedere imediate ante hoc c/angelus ꝓducebak ergo c/angelus fuit in aliquo instanti ante hoc sed opz istam inferre ergo c/angelus fuit in aliquo instanti ante hoc vel est in hoc instanti signanter cum nos dicamus istaz cõsequẽtiaz nonvalere a/imediate ante hoc producebatur ergo a/fuit. ¶ Ex istis claret quid ad argumentũ principale sit dicendũ ꝓ sicut voluntas in hoc instãti põt elicere actum ita imediate post põt alium actum formare eq̃ intẽsum ⁊ eiusdem speciei vel alteri⁹ si finitas sue capacitatis non impediat et sicut de angelis dictũ est ita de actibus volũtatis est dicendũ ⁊ persuadere videtur ꝓ illud qõ de angelis diximus est verũ prio quidem de actu ante hoc instãs producto nõ videtur ꝓ posset illum nõ habere in instãti in sensu cõposito et de actu imediate post hoc instans producẽdo etiam non recte admitterek ꝓ ante quodlibet instãs futurum dimitteret illum etiã

non posita per aliquod determinatũ tẽpus necessaria continuatione: si enim actum meritoriũ immediate post hoc a volũtate producendũ ante quodlibet instans futurũ dimitteret dek ꝓ ita cõtingat ⁊ aũ qõlibet istãs futuꝝ eliciat actũ peccati etiã posset ante quodlibet instans futurum actum peccati elicere sicut actum meritoriũ dimittere ⁊ tunc sic arguitur vel illi duo actus erũt simul vel ne. scõm nõ diceres. si primũ vel actus meritorius erit prius q̃ actus peccati vel actus peccati prius q̃ actus meritorius. ¶ Et arguitur ꝓ nec hoc nec illud vterq̃ actus imediate post hoc instans erit: ergo vnus nõ producetur ante alium. ¶ Forte dices ꝓ sicut non solet admitti vt superius dicebak ꝓ imediate post angelũ producendũ immediate post hoc instans aliũ ꝓducat deus ita nõ debet admitti ꝓ post actum meritorium imediate post hoc instãs ꝓducendũ et ante quodlibet instãs futurũ dimittendũ volunatas etiam ante quodlibet instans futurũ actum peccati eliciat qz equivalẽter admitterek ꝓ imediate post actum producendũ imediate post hoc instans alius actus ꝓducerek: hoc non satisfacit sit ille actus imediate post hoc ꝓducendus dilectio dei quam teneak sortes cõtinuare per diimidiam horam ⁊ aũ quodlibet instãs futurũ dimittat illam tunc arguitur sic vel prius erit in statu gratie q̃ in statu peccati vel econuerso vel equecito. Scõm nõvidek esse dicendũ postq̃ dimissio actus existentiã presupponit ⁊ ꝓ nec primũ nec scõm pz qz in vtroq̃ statu immediate post hoc erit. ¶ Hoc cum quibusdã alijs cõcludere videk istam ꝑnam valere imediate post hoc voluntas producet. a. actũ ergo. a. actus in aliquo instanti erit cum quibusdã alijs tnq̃ qz si actũ imediate post hoc instans ꝓducendũ aũ quodlibet instãs futurũ volũtas dimitteret nõ prius inciperet eẽ q̃ desineret esse talis actus. ¶ Alia gr̃a brevitatis omittunk. ¶ Et pro cõplemẽto hui⁹ materie

¶ Arguitur ꝓbando non esse admittendum ꝓ imediate post hoc instãs in quo. a. dicik produci ꝓducak. b. qz sequitur bñ imediate post hoc instans ꝓducetur. b. ergo imediate post hoc instans. b. incipiet esse ꝑnis est falsuz qz. b. in hoc instanti incipit esse ⁊ nõ re ꝓducetur igitur: aũs ꝓbatur in hoc instãti non est. b. ⁊ imediate post hoc instãs erit. b. ergo. b. incipit esse: scõa pars aũtis ꝓbatur post hoc erit. b. et non erit dabile instans post hoc quin inter illud ⁊ hoc erit. b. igitur prima pars claret ex casu et oppositũ secũde non stat cum ista imediate post hoc instãs. b. incipiet esse vt claret intelligẽti. ¶ Item in illo casu. b. non ꝓducetur post. a. postq̃ simul incipiũt esse igitur. ⁊ sic videk ex admissione illius casus sequi cõtradictio ꝓ. b. vcz producek post. a. et ꝓ non producek post. a. Et breuiter dicik ꝓ si ꝓduci tantũ valeat sicut incipere esse sicut nõ est admittendũ ꝓ aliquid imediate post hoc instãs incipiat esse absq̃ reproductione ita non debet admitti ꝓ imediate post hoc instans seclusa reproductione producatur. ¶ Sed si illud dicatur nũc produci qõ in hoc instanti primo est ⁊ immediate post hoc dicatur aliquid produci quod incipit esse per vltimum non esse põt admitti ꝓ aliquid immediate post hoc ꝓducatur. ¶ Forte diceres quid ergo diceretur immediate ante hoc instãs produci si illud quod immediate ante hoc produci dicebak non debet dici fuisse: sed nunc primo esse sicut superius dicebatur.

¶ Respondetur ꝓ talem casum cõmuniter admittentes ꝓ aliquid videlicet immediate ante producatur ⁊ aliud in hoc instanti ⁊ aliud immediate post dicunt illud quod immediate ante hoc instans producebatur fuisse ⁊ tunc clarum esset discrimen inter imediate ante hoc produci ⁊ in hoc instanti: sed tenendo ꝓ illud quod immediate ante producebak non fuit: sed nunc primo est difficile est assignare diuersitatẽ respectu rerum indiuisibiliũ vel quarum nulla ponitur ꝓduci successiue quod ideo dicik qz si ꝓductio illius qõ immediate ante produci dicitur sit successiua claret differentia (vt superius tactum est) ⁊ istud concludere videtur vel ꝓ non est admittendum aliquid immediate ante produci in diuisibiliter vel qõ tale immediate ante productum debet dici fuisse vel ꝓ idem est immediate ante produci et nunc produci reproductione semp seclusa. Approba ꝓbabilius. Et ad illud quod dicebatur de actu immediate post hoc instans producẽdo ꝓ vcz non ꝓduceretur in instãti nec in tẽpore. Dicitur ꝓ si ly in instanti capiatur cathegoreumatice non ꝓduceretur in instãti: sed sincathegoreumatice. i. vt tantũ valeat sicut subito ita ꝓ non liceat descẽdere sub ly instãti hoc vel illud demonstrando dicik ꝓ in instãti produceretur: sed si hoc non placeat fiat cõmunis distinctio vel ꝓ producatur in tempore adequate ita ꝓ sic in isto tempore aliquo futuro demonstrato ꝓ non in minore nec in maiore sic albedo intensa vt quattuor dicik adequate produci in vna hora gratia exempli ⁊ ꝓ non in maiori tempore nec in minori ac proinde adequate negatur ꝓ in tẽpore illud producik vel inadequate id est non sic in aliquo tẽpore quin in minori et tunc dicitur ꝓ quocunq̃ tempore futuro terminato ad instans presens illud producetur.

Vt nõ esse admittẽdũ aliq̃d imediate ante hoc ꝓduci i diuisibil⁹ In stãs cat i tur cathegoreumatice et sincathegoreumatice.

¶ Ad confirmationem dicitur ꝓ productioni illi⁹ quod p vltimum non esse incipit esse non debet assignari mensura instantanea nec tẽporalis saltem adequata nisi illud vltimum instans vltimũ non esse diceretur mensura sue productionis postq̃ in illo instanti incipit esse.

¶ Ad illud quod superius dicebatur arguendo infinitatez virtutis ex subitanea productione vltra illud qõ dictum est vcz ꝓ postq̃ ex defectu resistentie instantanea productio datur non licet ex illa infinitatem virtutis inferre. potest dici ꝓ effectus qui producitur est finitus et sic finitas virtutis saluak sicut supra in tertio libro parte secunda tactum est: ⁊ nolumus impresentiaꝝ magis circa hoc insistere ne si ista pars sit prolixior. ⁊ per ꝑnis quartus liber hic clauditur.

Finis

¶ Incipit liber quintus phisicorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Postq̃ in quarto libro de loco ⁊ duratione rei naturalis determinatum est in hoc quinto de quibusdaꝫ motum ipsum ipsius rei naturalisc cernẽtibus iuxta modum procedendi pb̃i ptractare incumbit: de vnitate vez motus hoc est quid req̃ritur ad motũ dici vnum ⁊ quid sufficit ad plures dici motus. Secũdo de cõtrarietate motuum sez qui motus dici debẽt ꝯrarij. Tertio q̃ sunt illa ad q̃ motus proprie et per se dicit̃ esse hoc est que sunt illa que per motũ proprie acquiruntur ⁊ sic liber iste tres sortietur partes in quarum prima de primo: secunda de secũdo tertia de tertio determinabitur.

¶ Prima pars.

De vnitate motus pertractare intendentes supponimus ꝙ melius quadrant et facilius intelligũtur que de vnitate ⁊ contrarietate motus dici solẽt data inter motũ et mobile distinctiõe ꝓ tenẽdo illa idẽtificari vt ex dicẽdis innotescet nitemur tñ vtriq̃ vie satisfaciẽdo de illis ptractare.

Requisita ad motum.

¶ Notandũ est in primis ꝙ iuxta sentẽtiam pb̃i in hoc quinto ad motum requiruntur motor mobile ⁊ tẽpus ⁊ terminus a quo ⁊ terminus ad quem ⁊ dispositio fm quaꝫ est motus in motu locali est spacium et in motu alterationis qualitas que acquiritur vel deperditur ⁊ in motu augmentationis q̃ntitas. ¶ Scõm positionem tenentẽ tempus distingui ꝛc. opꝫ in motu locali illa simpliciter distingui sic ꝙ vnum nõ fit aliud: sed fm aliam viam mobile et tẽpus non faciunt in numerũ ptꝫ ex dictis in tertia parte quarti. secundã quam positionẽ sensus illius dicti ect ꝙ ad esse motum. i. ad aliquid moueri requitur aliquid q̃d moueatur (non est dubiũ) ⁊ virtus motiua constat ⁊ termin⁹ a quo ⁊ terminus ad quez de motu locali manifestum est quo ad alios motus illud sic intelligendũ est ad aliquid moueri alteratiue vel q̃titatiue oportet ꝙ illud careat prius dispositione sub qua debet esse posterius als non recte diceretur ad illam dispositionem moueri: ita ꝙ carere dispositione acquirẽda est terminus a quo illam autẽ adipisci vel esse sub illa est terminus ad quez. Exẽpli gratia in aqua debet caliditas vt quattuor introduci caret in principio motus alterationis ad illam illa caliditate esse sub dispositione fm quã illa aqua caret caliditate illa est terminus a quo esse autem sub dispositiõe fm quã illa aqua habet caliditatem illam est esse sub termino ad quem vel ipse terminus ad quem. Ex hoc facile est exẽplificari de motu ad q̃titatẽ: ex quo claret huius dicti cõmunis intelligẽtia termini motus sez a quo ⁊ ad quem sunt incõpossibiles: repugnat eñ aliquid esse sub illa dispositiõe qua caret. Requirit̃ insuper tempus cum numerus motus scõm prius et posterius adjsensum in tertia parte quarti positum sit tempus ⁊ istud de tpe melius videt̃ quadrare cum positiõe tenẽte tẽpus mobili. idẽtificari vel motui q̃ data distinctiõe posset deus annihilare tẽpus motu posito: req̃ritur etiaꝫ dispositio fm quam est motus fm qd̃ dictum est. Sed ibi notandũ est ꝙ qualitas ad quã est motus alterationis nõ est q̃ aliquid ad illam qualitatẽ mouet̃. ⁊ per ꝏs videtur ꝙ fit mot⁹ alterationis absq̃ dispositiõe ꝛc. Quapropter q̃litas in fine motus alteratiõis acquirẽda nõ debet dici dispositio fm quam motus alteratonis est: sed illa eadẽ que motus alteratiõis dicit̃ iuxta dicta superi⁹ in tertio in principio secũde partis. Sed forte dices qualitas in fine mot⁹ alteratiõis acquirenda terminus ad quẽ talis motus dici debet: ⁊ nõ est dum⁊ alterabile ad illaꝫ alterat̃. igit̃ mot⁹ alteratiõis est absq̃ termini ad quẽ exñtia

Quakr req̃sita ad motum dicunt̃ req̃ri ⁊ non sunt sit̃ cuz motu

¶ Respõdetur ꝙ illa req̃sita non debẽt intelligi taliter req̃ri ꝙ dũ motus est illa existere debeãt: ſz ad talẽ sensum ꝙ si aliqd̃ vel aliqua eorũ nõ pcessisset vel pcessissent et ꝙ si aliqd̃ vel aliqua eorũ nõ esset futuꝫ vel non essent futura non esset motus: non eñ vere diceretur aqua alterari ad caliditatẽ vt. 4. si illã nõ esset habitura

¶ Notandũ est tertio ꝙ dici solet et habetur ex cõmentatore in hoc quinto ꝙ aliqua illorum ad motũ requisitoꝫ sunt ipsi motui extrinseca aliqua vero intrinseca vnde mobile ⁊ terminus ⁊ dispositio scõm quã est motus intrinseca motui dicũtur tp̃s aũt ⁊ motor extrinseca: ⁊ hoc ideo q̃ per diffinitionẽ motus mobile: termin⁹ et dispositio important̃: pꝫ q̃ diffinitio mot⁹ est hec: actus entis in potẽtia scõm qd̃ est in potẽtia per ly actus dispositio importat̃ per ly entis mobile per ly potẽtia fm quod est in potẽtia importatur termin⁹ motus: ſz quia motor et tẽpus non denotãtur per illam diffinitionẽ extrinseca motui nñcupatur nec licet illa intrinseca motui dicere quia compositionem ipsius motus ingrediuntur. i. quia motus cõponitur ex eis ⁊ alia extrinseca q̃ non sunt partes motus sicut de principijs rei naturalis dici solet. ¶ Sed forte dices postq̃ aliqua q̃ non important̃ per diffinitionẽ motus cõnumerãtur inter req̃sita ad motũ longe plura debebãt tanq̃ ad motũ req̃sita assignari vez resistẽtia cum motus absq̃ successiõe non fit nec successio absq̃ resistentia accidat. Sed ad hoc diceret̃ et bñ ꝙ q̃ est aliq̃s motus respectu cuius nulla assignat̃ resistẽtia motus vez celi pro ut superi⁹ secũda parte quarti pertractatũ est nõ cõnumeratur inter ad motũ requisita resistẽtia. ¶ Sed cõtra debebat ad minus successio numerari quia nullus est absq̃ successiõe motus. diceretur forte ꝙ successio idẽtificatur mobili vel dispositioni fm quam est motus ⁊ propter hoc nõ fit de successione mentio. ¶ Cõtra tẽpus etiam mobili idẽtificatur ⁊ tñ cõnumerat̃. Ad hoc posset dici ꝙ per ly dispositio fm quam est motus denotatur successio dices si tempus idẽtificatur mobili assignato superuacaneũ est tempus connumerare. dicitur ꝙ ideo tempus explicat̃ quia ex priori ⁊ posteriori in motu vt tertia parte quarti declaratũ est: ratio tẽporis insurgit et propter hoc nõ cõnumerat̃ inter illa ens naturale q̃uis

Quesunt itrinseca motui ⁊ q̃ extrinseca.

Diffinitio motus.

non minus req̃ratur saltem ad motum infra orbem lune: q̃ ad motũ celi nõ req̃ritur tenẽdo celum nõ esse ex materia ⁊ forma cõpositus cũ ens naturale esse dicatur: sed nec fm positionẽ que ipsum celũ esse cõpositum asserit esset facienda de ente naturali sub tali termino ens naturale mentio: quia nec ratio entis naturalis ex rationẽ motus colligitur: nec ratio motus ex rationẽ entis naturalis habetur.

¶ Sed ibi aduertẽdum est ꝙ motui cõueniũt regularitas ⁊ irregularitas ex pte tp̃is ⁊ vniformitas ⁊ difformitas respectu partũ subiecti mobilis de q̃bus sub talib⁹ terminis nõ fit mẽtio. ¶ Regularis eñ motus ꝯ ille qui in oibus partib⁹ tp̃is est eque velox vel eque tardus ⁊ irregularis qui in vna parte tp̃is velox vel tardus in alia velocior vel tardior existit: quapropter regularitas ⁊ irregularitas ex pte tp̃is dicũtur motui cõpetere. ¶ Uniformis motus ꝯ ille cuius mobilis q̃libet pars cuꝫ alia eque velociter movetur sicut cõiter accidit in motu recto simplici. Difformis aũt motus ꝯ ille cuius mobilis nõ quelibet pars eq̃ velociter cũ alia movetur sicut motus corpis circularis circulariter moti ⁊ ide est ꝙ vniformitas ⁊ difformitas mot⁹ partes mobilis cõcernere dicũtur. dicebatur ꝙ sub talib⁹ terminis regularitas ⁊ irregularitas vniformitas ⁊ difformitas nõ fit mẽtio de regularitate ꝛc. q̃ cũ regularitas nõ fit aliud q̃ partes mobilis regulariter mote ⁊ sic ꝓportionabiliter de alijs sub ly mobile illa comprehẽdũtur: hoc tñ non cõcluderet ꝙ de illis specialis mentio nõ debeat fieri cũ etiaꝫ p mobile actualiter motum (saltem) tp̃is intelligi poterat sustinendo idẽtitatem illoꝝ: ⁊ tñ de tp̃e specialis fit mẽtio. Dici p̃t ꝙ cũ nõ cuilibꝫ motui ꝏueniat regularitas nec cuilibet irregularitas nec cuilibet vniformitas nec cuilibet difformitas vt constat non cõnumerabãtur inter ad motum requisita. ¶ Sed diceres ꝙ illa poterãt sub disiũctione cũ alijs numerari sic regularitas vel irregularitas vniformitas vel difformitas. nullus eñ est motus quin illi tale disiunctũ ꝏueniat. Dicat ꝙ nõ placuit pb̃o illa cõnumerare et si nõ sufficiat p rõne volũtas dicatur ꝙ nõ accedunt illa tñ ad rõnem intrinsecã motus sicut alia cõnumerata. ¶ Velocitas quoq̃ et tarditas poterãt supradictis cõnumerari et multa alia q̃ motui cõpetũt.

Regularis motus q̃d et irregularis.

Uniformis motus ⁊ motus difformis q̃s est.

¶ Istis positis

Aduertẽdum est ꝙ hic inquiritur que sunt illa que requiruntur ad motũ esse vnum hoc est ad hoc ꝙ dicat̃ mobile vno dũtaxat motu moueri. ¶ Pro cuius intelligentia ponunt̃ p positiones.

Qñ ē vn motus.

¶ Prima: ad motum esse vnum requiritur vnitas mobilis ita ꝙ mobile vnum continuum sit. Duo eñ mobilia non cõstituentia vnũ non debent dici vno motu moueri: quod facile pbatur per aristotelem ⁊ tertio huius dicentem motum esse actuꝫ mobilis. et p ꝏsequens si plura sint mobilia nullũ vnum constituẽtia plures essent actus tales.

¶ Secunda propositio. Ad vnitatẽ motus non sufficit vnitas mobilis: patet quia sequeretur ꝙ si vnum mobile moueret̃ in prima quarta vnius hore ⁊ in alia quiesceret ⁊ in tertia iterum moueretur quod in illa hora vno motu dũtaxat moueri diceretur quod est falsum quia ad motum esse vnum requiritur motus continuitas id est ꝙ non mediet quies sequela claret q̃ semper est idem mobile. Item sequeretur ꝙ mobile quod simul moueretur localiter ⁊ calefieret deberet dici dumtaxat vno motu moueri quod nullo pacto est dicendum.

¶ Tertia ꝓpositio ad vnitatẽ motus requiritur vnitas tẽporis hoc est ad hoc ꝙ mobile vno motu moueri dicatur req̃rit̃ ꝙ in vno tẽpore dumtaxat moueatur. ¶ Pro quo notaꝫ aliquid moueri in vno tẽpore pro ut in presenti intelligimus est moueri in illo adequate sic ꝙ nõ in maiori vel minori toto motu cõtingat moueri et ad duas partes temporis vnum tẽpus constituere oportet ꝙ immediate se habeant quapropter mobile quod ponebatur moueri in prima quarta vnius hore ⁊ in tertia quiescere non movebatur in vno tempore quia non in tempore cõstituto ex tribus quartis eo ꝙ in tertia q̃escret. et per ꝏs inadequate nec in tempore constituto ex prima ⁊ tertia quia nullum tempus constituunt cum mediat secũda quarta hoc non est difficile cognitu tenendo tẽpus distinctum ꝛc. sed quando teneatur mobili identificari due prime quarte hore dicerentur vnum tempus ⁊ non prima ⁊ tertia q̃ spacia ab aliqua parte primi mobilis pertransita in prima ⁊ secunda quartis immediate se habent ⁊ spacia pertransita in prima et tertia mediate se habent nec sequitur est vnũ primum mobile: ergo est vnum tempus ⁊ sic vtriq̃ positioni satisfit. Sed ⁊ si non admittatur conducit ꝙ ymaginetur distinctio inter tẽpus ⁊ primum mobile ꝛc. Jam propositio claret q̃ als motus mobilis dati in prima quarta hore et in tertia dicerentur vnus motus. Item absq̃ continuitate id est quiete mediante motus non dicitur vnus: sed motus non dicitur continuus nisi in vno tẽpore continue fiat. igitur. secunda pars antecedentis manifesta est ex dictis.

¶ Quarta ꝓpositio ad vnitatẽ motus nõ sufficit vnitas mobilis ⁊ vnitas tp̃is q̃uis req̃rant̃ q̃ seq̃ret̃ ꝙ mobile qd̃ calefit sil̃ ⁊ localiter moueret̃ diceret̃ vere vno dũtaxat motu moueri.

¶ Quinta ꝓpositio ad vnitatez motus requirit̃ vnitas termini ad quẽ ptꝫ ex pbatione immediate ante posita q̃uis eñ idem sit mobile qd̃ in eodẽ tẽpore moueret̃ localiter ⁊ calefit nõ debet dici vno motu moueri quia plures sunt ibi termini ad quos vbi vez ⁊ caliditas. ¶ Sed dices in motu locali sunt multi termini q̃ quodlibet vbi qd̃ acquirit mobile tpe motus dicit̃ termin⁹ ad quem. ⁊ per ꝏs nullũ esset mobile localiter qd̃ vno dumtaxat motu moueret̃. Ad hoc dicit̃ pro ꝙ termin⁹ ad quẽ capit̃ pro termino in quo mobile q̃escit vel vltra quẽ nõ moueat̃ versus illã d̃ñam loci versus quã dũ ad illã pueniebat mo-

Terminus ad quẽ qñ capitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

nebatur. Exēpli gratia: supficies terre ad quaz aliquod graue mouebatur dicitur terminus ad quem tpe motus: qz ibi quiescet z etiā vbi absq; quiete resiliat. ¶ Scdo dicitur ꝙ pluralitas terminorū ad quos in motu locali nō causat plurali tatē motuū nisi in illis quiescat mobile vel ab illis veri⁹ diuersas positiones loci moueretur. ¶ Tertio pluribus motib⁹ partialibus vnū constituētibus quodlibet actu mobile mouet̄ localiter. z hoc concludit illa pluralitas terminorūz ad quos in motu locali si quodlibet vbi qd̄ acq̄ritur tpe motus terminus ad quem debeat dici

¶ Sexta propositio: ad vnitatē motus nō sufficit vnitas termini ad quē cū alijs supradictis. Probatur si ꝙ impossibile naturaliter idē mobile in duobus locis moueretur vez in superficie conuexa aque ad superficiē cōuexā ignis z moueretur simul vsq; ad punctū medium aeris ab illis duob⁹ terminis a quib⁹ nō esset ibi vn⁹ dūtaxat motus q̄uis vnū esset mobile et vnum tēpus z vnus termin⁹ ad quē: z hoc nō nisi propter pluralitatē terminorū a quib⁹ z pluralitas spaciorū puta illarū duarū medietatum aeris p quas moueret̄ non concluderet pluralitatez vt inferius ostēdet̄. ¶ Forte dices naturaliter non pbatur ꝙ vnitas termini ad quē cū alijs supradictis non sufficiant ad vnitatē motus. Dicit̄ ex illo quod supnaturaliter ostendit̄ cōtigere posse deuenire in cognitionem eorum qui naturaliter requirūtur: z certe verum est ꝙ datis vnitatibus supradictis non oporteret alia ad vnitatē motus requiri assignare.

¶ Sz ponit̄ septīa ppō advnitatē mot⁹ requiritur vnitas termini a quo non aliter probatur q̄ ex hoc ꝙ alijs vnitatib⁹ positis oportet vnitatē termini a q̄ dare. ¶ Pro cui ⁹ intelligēta

Quakr intelligit̄ terminus a q̄ ipi⁹ mot⁹.

¶ Aduertendū est ꝙ q̄uis in motu locali vno z eodē plures assignātur termini a q̄bus nō impedit vnū esse motum: mot⁹ enim grauis ab igne vsq; ad terrā descendētis aerē z aquam tanq̄ terminos a q̄b⁹ diceretur habere. Sed terminus a quo impresentiaꝝ dz dici terminus a q̄ post quietem mobile incipit moueri: vel si non post quietez immediatā ab illo incipiat moueri oporteret ꝙ inciperet moueri ab illo vsus aliaz differentiā loci ab illa versus quam immediate ante mouebat hoc ideo dr: qz vbi pjectū sursuz lapidi molari descēdēti obuiaret taliter ꝙ in instanti cōtactus nō quiesceret lapis ille termin⁹ a quo mot⁹ deorsum a quo pjectū post cōtactū moueretur deberet dici saltē si pjectū velocius q̄ lapis molaris descenderet: qd̄ ideo dr: qz si se tangentia simul descenderēt non deberet lapis ille terminus a quo talis motus dici cū mobile per illū motū nō recederet ab illo. Sed si terminum a quo illius mot⁹ deorsum queras illi⁹ motus inq̄ pjecti dr ꝙ ect̄ aliqua pars spacij corresp̄dēs lapidi molari in instāti contact⁹: hoc est illa pars media in qua erat lapis molaris in instāti obuiationis. Sed forte cōtra hoc argueres in illo instanti hec ect̄ vera hoc pjectum mouet̄ ergo in illo instanti esset vnus mot⁹ illi⁹ pjecti z non mot⁹ sursum: qz preterit⁹ est nec deorsum quia nondū fuisset: ergo vnus alius mot⁹ compositus ex motu sursum z deorsum tm̄ illius nō esset vnus termin⁹ a quo dūtaxat fm dicta igit̄ prior ōnia pbat̄: quia tūc idē pluribus motibus simul moueretur localiter: dicitur localiter quia motu localiz motu alterationis frequentissime accidit idem moueri simul.

¶ Respōdetur primo negando aīs z si aliqd̄ immediate ante hoc mouebat̄ et immediate post mouebit̄ z est: ergo nūc mouet̄ hoc mouetur. ¶ Ponitur constantia: qz dato ꝙ immediate ante hoc moueret̄ z in hoc instāti non sit z immediate post reproducatur z moueatur nō opz concedere ꝙ nō mouetur ⁊ negaretur ōnia: sed oportet nūc ē z non ret sic arguere: immediate ante hoc mouebatur mouetur. z immediate post hoc mouebit̄ versus eandem differētiā loci hoc est si sursum sursum z si deorsum deorsum z c. igitur nūc mouet̄ modo secunda pars antecedētis in casu esset falsa. Secūdo dicitur cōcedendo illud moueri in illo instāti et non vnico motu locali tm̄ sed plurib⁹ deorsum z sursum videlz simul: sed min⁹ probabilē istam solutionē reputamus predictā approbātes.

¶ Octaua propositio: ad vnitatem motus vnitas dispositionis fm quā est mot⁹ req̄ritur. Ista ppositio ex predictis claret intantū ꝙ non erat op⁹ illā in ppria forma ponere: primo enī quo ad motū alterationis cōstat ex positis: qz dispositio fm quā fit talis mot⁹ z termin⁹ ad quē idētificatur. Scdo quo ad motū localez si p ly dispositio fm quā fit mot⁹ nos intelligamus spaciū quod tpe mot⁹ pertrāsitur stat motū esse vnū z non vnā dispositionē pz de motu quo grane per tria vel duo elementa descēderet: cōstat enim ignē z aerem z aquā sicut nec duo illorum non cōstituere vnū spaciū nisi forte dicas ꝙ spacium est termin⁹ collectiuus sicut ly causa: sed modū cōmunē insequendo z philosophū in hoc quinto imitādo illa ppositio ponitur q̄n capere tur in tali sensu ꝙ vnū motū per diuersa spacia simul fieri nō contingit non ect̄ incōueniēs.

¶ Nona ppositio ad vnitatē motus nō requiritur vnitas motoris patet: quia ad motuz deorsum grauis qui vtiq̄ vnus est plures concurrunt motores.

¶ Decima propositio: ad vnitatē mot⁹ nec requiritur vnitas resistētie nec vniformitas nec regularitas patet: quia vno tantū motu descenderet graue per tria elemēta q̄ diuersarum sunt resistentiarū: z ex ōnīt mot⁹ esset irregularis: partes etiā celi cui maxime debet cōuenire vnico tantū motu moueri diffōrmiter mouent̄. ¶ Ex intelligentia p̄dictarū p̄ōnū notuz euadet q̄ sunt ad vnitatē mot⁹ req̄sita q̄ intelligēde sunt de vnitate numerali: materia non patitur nec subtilē indaginē nec euidētes pbationes: multa pēdēt ex pbōrū bnplacito. ¶ Si velles cognoscere q̄ sunt ad vnitatē specificam motus req̄sita nota sequētes pppositiones. Quarū prima est ad vnitatē motus specificā non req̄ritur specifica vnitas mobiliū patet primo: quia ad ad specifi-

Quare requiruntur.

eam vnitatez motus.

¶ Sequitur secunda pars.

Incipit secunda pars in qua pꝛ tractāda esse dicebantur in pfata conclusione ostenta: et q: (vt superius dicebat) argumēta in multarū difficultatum cognitionem perducunt.

Arguitur primo probando primū motorem non esse vigoris infiniti. nullus effectus primi motoris reperitur infinitus ergo rationem naturalem insequētes non debent asserere ipm esse infiniti vigoris. ꝛñia ptz q: tales non debēt maiorem vigorem alicui cāe attribuere ꝙ ei⁹ effectus indicat. aliās claret/ nullꝫ eim ē motus infinite velocitatis nec corꝫ aliq̄d infinitū nec infinite intensionis aliqua qualitas. Pro solutione notandū est ꝙ gregoriꝫ de arimino in. 1. di. 44. q. 3. ar. 2. asserit quēlibet rōnem naturalē insequētem debere ponere aut saltē non negare aliquā virtutez in rerū natura esse infinitivigoris ꝗuis in precedēti articulo ꝓbare nitebaꝫ illud ex mēte pbi z sui cōmentatoris nō esse. Vñ ſm eū non opz effectū dari ex quo primi motoris infinitas concludaꝫ sed probatio sua hec est. Aliqua sunt concedēda naturaliter esse simpliciter possibilia vel saltē nō negāda esse possibilia q̄ non possunt poni nisi per virtutē infinitā ergo non debet negari talem virtutē esse. assumptū probat nam inquit ꝙ aliquod intēse calidū in instanti mutetur in frigiditatē intēsam non debet ipossibile iudicari cum nec apparēter nec euidēter videatur illud implicare vel inferre cōtradictionez sicut ꝙ vnum corꝫ sit iam in vno loco z in aliquo alio loco distāte immediate post hoc ponaꝫ z tñ nullum istorū pōt poni inesse nisi per infinitā virtutem vt cōstat igit cōcedendū est talē virtutē esse.

¶ Probatio hec non videt tanto viro digna ꝗuis enim virtutē infinitā admittētes nō deberent aliquod illorū ipossibile reputare: q̄ tñ quālibet virtutē actiuā finitā esse tenerēt simpliciter ipossibile quodlibet illorum dicerēt q: tunc aliquo dato infinite velox esset trāsmutatio a finita ꝓportione qd̄ simpliciter esse ipossibile nemo est q̄ ambigat ſz forte posset pro gregorio dici ꝙ ille qui quamlibet virtutem actiuam finitā esse defendit debet motiuū aliquod habere qd̄ si non habeat absq̄ ratione assentiret qd̄ non admittitur. Nec vz motiuum assignatum ex finita tevidelicet effectuū apparentiū quia potest dari effectus infinitꝫ qd̄ si negetur ab alio debet ostēdere rationē impossibilitatis quā si assignauerit istam vcz ꝙ cause oēs ſcz actiue sunt finitevigoris cum illud iudicet ex finitate effectuū apparētium ostat clare talē circulariter, pcedere in suis motiuis. z per oñs insufficiēter. Nec vz dicere ꝙ postq̄ nullus effectus est vel fuit infinitꝫ dicendum est ꝙ nulla est virtus actiua infinita frustra enim esset infinita actiuitas si nō daretur aliq̄d productū ab ea qd̄ suam infinitatē in manifestaret. Non valet inq̄ hoc q: multa sunt possibilia q̄ nec sunt nec fuerūt nec erūt mere naturaliter q̄uis occam senserit qd̄ non est nec fuit nec erit dz impossibile naturaliter reputari qd̄ non videtur approbatiōe dignū/ q: tunc nullū agens naturale ab alio naturali agente impediret: nihil eniz impeditur respectu impossibilis. Respōdeꝫ igit ad argumentū negādo oñam q: q̄uis actualiter non detur aliq̄s effectus ex quo arguam⁹ infinitatem vigoris prime cause pōt tñ dari. Secō respondeꝫ negando aīs q: corruptiones instantanee frequenter accidunt atq̄ productiones que absq̄ concursu potentie infinite virtutis non acciderent vt patet ex dictis in primo in tertia parte vbi de productione z corruptione minimi naturalis agebatur. ¶ Non postponendā esse iudico rationem quandaz doctoris subtilis qua probare conatur primam causam esse infinite virtutis cuius sententia hec est. quecunq̄ virtus finita est depēdens z ab aliquo extrinseco limitata

Probatio gregorij ꝙ dāda est naturaliter infinitē virtutem nō est sufficiēs

Multa sūt possibilia naturaliter q̄ nec sūt nec erunt nec fuerunt.

et determinata sed virtus primi motoris nō est dependens ꝛc. ergo virtus primi motoris nō est finita ꝓñia est baroco z minor est ostensa superior probatur independens virtus a nullo limitatur. constat nec ex seipsa limitaretur quia quod habet a se virtutem habet illam in summo nihil enim ad finitum gradum virtutis seipsum limitaret sed si maiorem posset habere maiorez haberet z sic subtiliter subtilis doctor ex independentia primi motoris infinitatē virtutis eius infert. Gregorius de arimino. q. preallegata arti. primo rationē hanc paruifacit dicens ex mente pbi esse intelligentias z corpora celestia nō esse a prima causa producta. z per oñs non depēdere ab illa sed quicquid sit de opinione aristotelis ratio doctoris subtilis non aspernenda et videas que dicit in. 1. di. 2. q. 1. vbi. 4. vijs probare conatur prime cause infinitatē per viam vcz efficientie per viam cognitionis/ per viam finis/ et per viam eminētie nonest mihi oportunitas in illis immorari.

Probatio doctoris subtilis ꝙ prima cā est infinite virtutis.

Secōm gregoriū exmēte pbi e itelligentias z corpora celestia nō esse a pria causa pducta.

¶ Secūdo principaliter arguitur sic. si primus motor infiniti esset vigoris z actiue concurreret ad actiones naturales (vt alia pars cōclusionis sonat) oēs actiones instantanee fieri deberent quia nulla esset proportio inter resistētiam z actiuitatem. Et confirmatur. primus motor sic primum mobile mouet ꝙ nulla alia intelligentia ad eius motum concurrit. ergo si infiniti est vigoris infinita velocitate deberet mouere Ad primū respondeꝫ negando oñam nunq̄ eim primus motor concurrit ſm vltimū sue potentie sed mere voluntarie nulla necessitate cōpulsus sicut per vnam partem cōclusionis superꝫ posite significabaꝫ z per hoc cōfirmatio solueretur primus eim motor dato ꝙ primum mobile moueat illud mouet velocitate qua vult. ¶ Sz pro materia illius cōfirmationis sciendū est ꝙ inter doctos viros est disceptatio aliq̄bus dicentibus ꝙ nullū corpus celeste a primo motore dñtaxat mouetur z isti sunt qui virtutē infinitā primo motori attribuunt: ꝓbrē admittere nolūt aliquod mobile esse ei appropriatū eo ꝙ illud ifinite velociter ab ipso moueret: ſz ꝙ hoc non sequaꝫ claret ex dictis cum voluntarie z libere moueret: sed si naturali necessitate primū mobile a primo motore mouet attribuēdo ei infinitā virtutē motiuam apparēter sequitur ꝙ velocitate infinita deberet moueri. Sed adhuc istud calūniā patitur pz ex dictis superꝫ in quarto vbi de successione motus celi agebatur in parte de vacuo. Alij aūt tenent saltem ex mente pbi fuisse a primo motore precise primū mobile moueri: q̄n ex numero orbium celestiū numerū intelligentiarū in duodecimo methaphisicoꝝ intulit. z per oñs nullā intellexit esse intelligentiā absq̄ mobili sibi appropriato. Quid autē in hac parte ſm veritatem tenendū sit non facile determinari pōt. probabilius tñ iudico secundū tñ nihil assertiue dico ad duodecimū methaphisices spectat istud amplius discutere. Quid aūt tenuerit ari. cum suo cōmētatore nō est pspicuū q̄n multe auctoritates p vna parte sonant z alie pro alia: sed plures z clariores sonare videntur primū motorē precise primum mobile mouere auctoritates gra brēuitatis omitto. ¶ Tertio principaliter arguiꝫ nō pōt infinitus effectꝫ dari ergo primꝫ motor non est infinitivigoris. ꝓñia claret. vanū eim esset potētiā infinitā ponere si non est possibile effectū infinitum ab ea producibilē assignare pari facilitate diceret ꝙ sortes habet potentiā creandi celū q̄uis sit impossibile celum ab eo produci. z aīs probatur non pōt dari celum infinitū nec aliq̄d elementorū nec mixtorū cum quodlibet horū determinet sibi certā z determinatā extensionē ex propria natura (vt dicebaꝫ superius in primo libro parte tertia) igitur. Et cōfirmaꝫ innūera sequuntur incōueniētia dato effectu infinito igit: aīs ꝓbatur primo auctoritate multorū excellentium virorū non admittentiū infinitū aliq̄d creatum dari posse. secundo dato infinito effectu a deo producto seq̄tur ꝙ deus non posset maius vel perfectius producere qd̄ est satis magnū inconueniens sequela ꝓbatur vel ille effectus infinitus est infinitate molis infinit z tunc claret non posse dari maꝫ: vel ifinitate pfectiōis z sic nihil posset esse pfectius. Multa alia q̄ incōueniētia reputāt in deductiōe hꝰ materie adducēt

An sit de mēte pbi p mū mobile moueri a p mo motore dñtaxat.

¶ Pro solutiōe argumēti z plena intelligentia materie eius (q̄m de infinitate vigoris primi motoris agit impresentiarum) non videt hic impertinens de infinito pscrutatio decreueram tñ nihil de materia hac dictare: eo ꝙ multi de ipsa scripserūt z nouissime colēdissimꝫ magister noster iohānes maioris pceptor meus mihi sem per obseruādus cuius quidē de ifinito tractatū (quem seorsum cōposuerat) tāte excellētie reputauerāt interpretatiōe eius auditoribꝫ meis satisfacere intendebā anno in quo mihi circa phisicam disciplinā illos instruere incūbebat illos autem me nihil velle dictare egre admodū ferre pcepi. Dō cum mihi molestū esset. quippe q̄ eos tanq̄ filios diligebā mutaui decretū et infinito dictaui sicut de alijs materijs phisicis aliqua ab alijs tradita apposui ne opus truncatū videret. et si in aliquibus me ab alijs deuiare ostendam nemo ob altā cām me id fecisse iudicet ꝙ amore veritatis ceteris pferēde. Illud autē p me dictatum hic apponendū esse censui cū (vt dictū est) de ifinitate vigoris motoris. primi in octauo phisicoꝝ nō imptinēter pscrutet. Trifariā erit pscrutatio hec de ifinito diuisa. ¶ Prio illius termini infinitū (ꝓmissa declaratiōe vel expositiōe) pscrutabor vtrū naturaliter sit dabile. Secō an supnaturaliter dari posset. Tertio de motu eiꝰ pscrutabiꝫ.

Veritas est ceteris pferenda.

¶ Pro expeditiōe prime partis aīadueretendū est infinitū multifariā accipi prout cōiter dici solet cathegoreumatice vcz z fincathegoreumatice. cathegoreumatice ī mino capto ſz sub illo ascēderet descēdere subsumere z supposita assignare nisi forte virtute alicuꝰ termini immobiliter accipiaꝫ z q̄n post copulā principalē poniꝫ solet cathegoreumatice accipi: q̄n vero in capite propositionis collocatur vnovel alio modo indifferē

Universidad de Deusto Biblioteca

ter sumi potest. Sincathegoreumatice termino accepto nõ licet sub illo subsumere nec ascẽdere nec descendere sed tanq̃ vnum signũ exponibile reputari ⁊ ppositio gratia eius exponi modo subscripto Cathegoreumatice. ly infinitũ captũ attribuitur aliquãdo multitudini. Magnitudini dicitur attribui quando sumiẽ tanq̃ adiectiuũ termini pro continuo aliquo accepti. Magnitudo sem̃ impresentiarũ quid continuũ esse reputatur exemplũ deus potest ꝓducere infinitum corpus. Multitudini autẽ dicitur attribui qñ sumitur tanq̃ adiectiuũ termini ꝓ aggregato ex multis entibus supponẽtis: ad cuius quidẽ termini suppositionẽ non requiriẽ ꝙ illa entia vnũ cõstituant nisi quãdo talis terminus includit aliquid ratione cuius totum aggregatũ supponit pro vno ente sicut hic infinite sunt partes continui. Multitudo em̃ impresentiarũ reputatur aggregatum ex multis entibus siue vnũ cõstituãt siue non. Exemplum infinitos angelos deus potest producere ⁊ regulariter in plurali numero talis terminus attributus multitudini sincathegoreumatice capitur. Nihilomin⁹ non inconuenit distinguere cum magnitudini attribuiẽ sincathegoreumatice capto termino altijs modis exponẽdi omissis bifariã exponi cõtingit. vt ista infinitum corpus deus põt creare vno mõ exponeretur sic aliquantũ corpus deus põt creare et non tantũ quin maius sic solet dici qõ non sufficeret nisi in secũda cathegorica ly tm̃ finitum includeret ita ꝙ sit sensus ⁊ non tm̃ corpus finitũ potest creare quin maius creare possit: qꝛ si indifferẽter ly tantũ finitum ⁊ infinitũ includeret qui admittunt deum posse producere infinitum deberent negare istam infinitũ corpus deus potest creare sincathegoreumatice capto termino Quod non videtur rationi consonũ. Alio modo posset sic exponi infinitũ corpus deus põt creare aliquantũ corpus deus põt creare ⁊ duplum ad illud ⁊ triplum ad illud ⁊ quadruplũ ⁊c. nec isti duo modi exponendi equiualẽt. Patet quia concessa ista sicut oportet infinitum pondus fortes potest portare exposita primo nõ ꝯ negari secundo modo exposita pportionabiliter debet exponi cum multitudini attribuiẽ: vt hec infinitos angelos deus potest creare primo modo sic aliquot angelos deus põt creare ⁊ non tot finitos quin plures. Scõo mõ sic aliquot angelos deus põt creare ⁊ in duplo plures ⁊ ĩ triplo plures ⁊c. ⁊ in talib⁹ illi duo modi exponẽdi eq̃ualere videnẽ. Cũ autẽ attribuiẽ magnitudini cathegoreumatice sumpto termino solet dici ꝙ exponitur sic hoc corpus est infinitũ hoc corpus est extensum sine termino. ¶ Illud sufficere non videtur qꝛ vnum corpus versus orientẽ in infinitũ extensum si daretur parisij terminatũ corpus infinitum solet dici ⁊ tm̃ non est extensuꝫ sine termino post. Versus vnã differentiã loci terminatur Si tm̃ oporteat ad rigorẽ appellatiõis cõsideratio habere cũ corp⁹ prout ad ꝑdicamẽtũ quãtitatis spectat tres dimẽsiones connotet ꝯ ꝙ in ista ppositiõe illud est infinitũ corpus infinitas que importat per ly infinitum denotet cadere in connotationẽ illius termini corpus ⁊ cumulatitudinem longitudinẽ ⁊ profunditatẽ connotet denotatur cuiuslibet dimẽsionis illarum infinitas. ⁊ sic ad aliqõ eẽ infinitũ corpus req̃ritur omni quaq̃ infinita extẽsio. Sed capiẽdo illum terminum corpus vt est de ꝑdicamẽto substãtie sufficit ad aliqõ esse infinitũ corpus ꝙ versus vnã differẽtiã loci absq̃ termino extrinseco vero vel ymaginario extẽdat ymaginario ꝛ vacuũ, ppter et extrinseco ponitur qꝛ corpus in infinitũ extensum versus orientẽ: põt dici terminatũ versus orientem vna parte eius infinite extẽsa qꝛ vltra illam nihil est sed pars illa terminus extrinsec⁹ diceretur. Cum multitudini attribuitur cathegoreumatice termino capto solet sic exponi infinita puncta sunt in hoc continuo tanta multitudo punctorũ est in hoc ○ñr numerando non est dabile vltimũ ꝙ nec hec expositio sufficere videret quia partes pportionales cõtinui infinite reputantur ⁊ tm̃ cõsequẽter numerãdo posset dari vltima ꝯ diuisa hora futura per partes ꝓportionales minorib⁹ terminatis versus hoc instãs initiatiuum incipiat vnus angelus moueri per partes vnius corporis pedalis pportionabiliter diuisi sicut hora ⁊ incipiat ab extremo ad quod terminantur minores. Tunc arguiẽ sic ibi datur vltima pars pportiõalis pertrãsita ab angelo puta medietas illius pedalis ergo dabiẽ pars vltimo numerata ab illo angelo Cpotest em̃ numerare sicut pertransit Item deus põt numerare infinitos angelos in vna hora ⁊ in instãti terminatiuo ei⁹ vnũ aliũ angelũ aggregatũ ex ãgelis numeratis in hora et in instanti terminatiuo eius esset infinita angelorũ multitudo ⁊ tm̃ vltimo numeratus assignat. igitur. ¶ Posset dici ꝙ ad numerare requiriẽ ꝙ ab vnitate initiũ sumatur procedendo sic vnum duo tria quattuor ⁊c. Et ad vltimam vnitatẽ sic numerãdo intelligitur deuenire cum ad certum ⁊ determinatũ numeruꝫ deuenitur puta ad mille vel ad centuꝫ mille centũ ⁊c. Et sic constat ꝙ esset infinita multitudo incipiẽdo ab vnitate ⁊ pcedẽdo cõsequenter per numeros non dimittendo aliquid illius multitudinis non deueniret ad vltimã vnitatẽ hoc est ad certum ⁊ determinatã summam nec deus posset sic numerando constituẽtia infinitam multitudinẽ ad talem vnitatẽ vel summã deuenire. ⁊ apparẽtia est ꝙ sic intelligunt infinitaꝫ multitudinẽ diffinientes q̃ dicunt infinitã multitudinẽ esse cui ○ñr numerãdo non est dabilis vltima vnitas Ex his claret quid dicendũ est ad illud qõ dicebatur de angelo trãseũte partes illius continui. Notum em̃ est ꝙ ibi non datur pars primo nũerata nec scõo nec tertio. Et per ○ñs ille angelus non potuisset in trãsitu sic nũerare partes quas transiret prima scõa tertia ⁊c. nec etiã vltimo numerata ab ipso cõpleret certũ ⁊ determinatũ et denominatũ numerũ ꝛ centũ vel mille ⁊c. Idẽ dicendũ est ad aliud vbi dicebat ꝙ deus posset infinitos angelos numerare ⁊c. ¶ Constat ex supradictis modus exponẽdi propositiones de infinito ⁊ quo ad diuinaꝫ potentiã (ratione cuius hic de infinito ꝓtractat) sunt cõcedẽtes istã. Infinitum põt deus ꝓducere sincathegoreumatice negantes illam cathegoreumatice exponẽdo cuius sentẽtie fuerũt ferme oẽs doctores antiqui nullo pacto admittẽtes aliqõ ifinitum actu existẽs dari posse: Nec ad saluandũ diuine potẽtie infinitatẽ illud req̃ritur imo vt aiũt ⁊ superi⁹ dicebat arguẽdo infinitati potẽtie illud derogari videtur. Sed, priusq̃ hoc discutiat aliaduertendum est ꝙ ad cõcludendũ infinitatẽ virtutis alicuius agẽtis nõ sufficit ꝙ agẽs illud ꝓducere possset infinitos effectus totales equales qꝛ tunc infinitatẽ alicuiuslibet ignis infinite diceret actiuitatis quũ nõ detur determinat⁹ nũerus oĩm effectũ equaliũ ab eo producibiliũ Ꝓtũ est em̃ ex parte ignis infinitorum graduũ caloris etiã equalis extẽsiõis est productiu⁹. ꝯ si per infinitũ tẽs ○seruetur ⁊ in qualibet die passum ei applicat non aucta eius actiuitate ⁊ sol qui ꝓm aristotelẽ ẽternũ durabit ꝓm ipsum infinitos effect⁹ totales equales producet: Nec agẽs infinite virtutis actiue ꝯ dici eo ꝙ in instãti põt effectũ ꝓducere qꝛ tunc luminosum corpus infinite virtutis actiue diceret similiter ⁊ voluntas ⁊ naturale agens minimũ naturale producẽs ⁊ grauе simplex in vacuo. Sꝯ agens in finite virtutis actiue dici ꝯ qõ infinitũ effectuꝫ vel infinitos nõ cõstituẽtes vnũ simul ⁊ semel et subito põt ꝓducere ⁊ quãlibet resistentiã exuperare ⁊ ad quantãcunq̃ distãtiã finitã agere ⁊ hoc siue infinitũ exponat cathegoreumatice siue sincathegoreumatice saltem exponẽdo sincathegoreumatice sic tm̃ põt ⁊ duplũ ad illud ⁊ triplũ et quadruplũ ⁊c. ⁊ licet subitanea productio Ꝓtum est ex parte sui cõpetat agẽti finite virtutis, put dictum est nullũ aliorũ eidẽ cõpetit. de primo et scõo cõstat de resistẽtia manifestũ est qꝛ quũ finite actiuitatis sit agẽs creatũ dabiẽ resistẽtia maior. Vbi cõsiderandũ est ꝙ ad resistere nõ req̃riẽ impedimentũ actiõis ꝯ sufficit retardatio de distantia ad expientiã cognoscim⁹ ꝙ nõ ꝓtanctũq̃ distantia naturalia agẽtia agere possunt ꝯ maioris virtutis ad maiorẽ. ¶ Sed forte dices ꝙ si infinita cõbustibilia applicarẽtur sil̃ igni: ignis in illa ageret. ⁊ per ○ñs. posset sil̃ ifinitos effectus producere. Dicit ad hoc ꝙ nõ posset ignis in illa agere nisi penetratiue ponerent ⁊ tunc essent infinite resistẽtie. ⁊ per ○ñs. ignis in illa nõ ageret quia ꝓnis invnũ illorũ agere posset: ppter innumerabilium aliorũ infinitorũ: in infinitũ resistereẽ. Non est em̃ negandũ duo frigefactiua nõ ○stituentia vnũ plus resistere ꝓ vnũ illorũ ceteris paribus ○tiqua ꝓto magis penetratiue se habẽtia. ¶ Sꝯ dices q̃ ad distãtiã celũ agit ad quãtãcũq̃ distãtiã ꝯ ꝙ vsq̃ ad centrũ ⁊ nulla est maior. Hoc nihil est qꝛ illa est finita mihi ꝑbabiliter videt eẽ dicẽdum ꝙ celũ nõ posset ad maiorẽ distantiã agere ꝓ vsq̃ ad centrũ ita ꝙ si deus faceret centrũ magis a celo distare ꝓ iã distat nõ aucta actiuitate celi nõ posset i cẽtrũ agere ⁊ forte ppter hoc nõ magis celũ ⁊ centrũ distãt ⁊ ex hoc posset rõ naturalis haberi magnitudinis ⁊ ambit⁹ celi. ¶ Insuper sciendũ est ꝙ effectũ ifinitũ posse produci arguit illud a quo posset talis effect⁹ ꝓduci eẽ infinite potẽtie siue cathegoreumatice siue sincathegoreumatice exponat ifinitũ saltẽ si ponatur aliqua resistẽtia in ꝓductiõe talis effectus. Qõ notãter dico qꝛ si nulla eẽt in ꝓductiõe resistentia effect⁹ infiniti ꝓductio nõ debet iudicio meo infinitã actiuitatẽ in ꝓducẽte arguere ꝓ obẽt illi qui ex potẽtia voluntatis talis potẽtis in instanti actum ꝓducere arguũt infinitatẽ virtutis actiue voluntatis non sufficiẽter pcedũt. Dato em̃ ꝙ voluntas in oibus istãtib⁹ vnt⁹ hore vel in infinitis eiusdẽ ꝓducat actus ifinitos nõ obstãte eius capacitate finita nõ licet ex illo cõcludere actiuitatem eius esse infinitã postq̃ nõ est in ꝓductiõe talium actuũ resistẽtia nõ em̃ posset voluntas in instanti actũ ꝓducere resistẽtia posita in tali ꝓductiõe. Sꝯ vbi resistẽtia poniẽ si infinitũ posset produci exponẽdo precise sincathegoreumatice sufficiẽter arguiẽ ifinita potentia ꝓductiua ac si infinitus effect⁹ ꝓduci posset ab illa cathegoreumatice. Ex q̃bus cõstat ꝙ primi motoris ifinitas non ꝯ argui vel cõcludi ex ꝓductiõe effect⁹ ifiniti ꝯ ex posse supare resistẽtiã quãcũq̃. ¶ Sciẽdũ est vlteri⁹ ꝙ effectũ posse infinitũ ꝓduci põt itelligi bifariãvel quo ad extensionẽ vel quo ad intẽsionem. Infinitũ aũt quo ad extensionẽ debet dici illud (vt ex supradictis cõstat) ꝙ sic se hꝯ ꝙ nõ posset poni vltra illud sic dispositũ aliq̃d. Sꝯ aliquid ꝯ infinitũ extẽsiue bifariaꝫ vel simpliciter vel cum addito. Simpliciter dicit qõ infinitũ est omniquaq̃: cũ addito aũt ifinitũ ꝯ fusvnã ꝯ fiam loci vel duas vel tres. Et ꝓm illum modũ dicẽdi tale diceret infinitũ extẽsiue ꝓm quid. Infinitũ autẽ quo ad intensionẽ est q̃litas infinite in tẽsa sed q̃ qualitas est huiusmodi nõ est facile assignare verbo vel scripto/qõ ideo dico qꝛ meli⁹ intelligitur ꝓ explicat ex q̃ verba vel scriptura patiũtur calumniã vt inferi⁹ ostẽdet vbi de partib⁹ cõicantibus ⁊ nõ cõicantib⁹ erit sermo: ⁊ qꝛ materia plene ⁊ pfecte intelligit cum argumentis agitatur eo ꝙ ex solutiõibus argumẽtoꝫ ⁊ difficultatibus q̃ in eis tangũtur deuenit in resolutiones inquibus materia fundat ⁊ intellect⁹ cogitur ad inueniendũ multa ppter argumentoꝫ difficultates agitãda est materia hec argumẽtis. ¶ Sed priusq̃ alia formẽtur ⁊ ppositiões fundamentales ponent respõdẽdũ esse videt ad illa q̃ formata sunt. ¶ Tm̃ prio dicitur ꝙ simplr motor primꝰ non dicitur vigoris ifiniti eo ꝙ posset infinitũ effectũ ꝓducere ꝯ qꝛ nulla resistẽtia est vel eẽ posset q̃ ꝓductionẽ alicui⁹ effect⁹ ab eo ipedire posset. Insuper saluatur vt dictũ est ifinitatẽ tus actiua alicui⁹ agẽtis si infinitũ effectũ posset ꝓducere sincathegoreumatice resistẽtia semp posita. Et sic nõ habet ex infinitate vigoris primi motoris ꝙ posset dari actu existẽs effect⁹ infinitus. et per ○ñs incõuenientia q̃ ad ꝓductionẽ infiniti ꝓm multorũ opinionẽ seq̃ assignant nõ darent dato ꝙ prim⁹ motor infiniti vigoris esse dicatur Secũdo dicitur ad primũ negãdo ꝙ ex positione infiniti sequatur aliquid cõtra assignationẽ maxime ꝓtitatis entiũ naturaliũ põt em̃ infinitum saluari in materia a prima cui ex ꝓpria natura nulla extẽsio repugnat ꝯ de hoc statim dicetur.

¶ Ad aliud quod dicebat ꝙ videbatur

Quid req̃ritur ad ꝓcludendã infinitatẽ alicuius agẽtis.

Exꝓductione instantanea actꝰ voluntatis nõ cõcludẽdus actiuitatẽ eius ifinitã esse.

Quid req̃rat ad nũerare.

Quid ẽ ad vltimam vnitatẽ deuenire.

Quid req̃ritur ad resistendum.

Diffinitio finite multitudinis.

Ratio natural magnitudinis celi.

Bipharias dr aliqd infinitum.

Bñ intelligitur materia cũ argumentis agitatur.

Quare primus motor dicitur vigoris infiniti.

Universidad de Deusto Biblioteca

derogare infinitati potētie diuine dare effectū infinitū productū ab ea eo ꝙ ex illo seq̄tur ꝙ nō posset illo ꝓducere effectū maiorē. Dicit ꝙ sicut ex eo ꝙ deus pt̄ non nisi vnū filium naturalē ꝓducere non ꝓpter hoc dicit min⁹ potēs ita ex eo ꝙ non pōt effectū maiorē infinito ꝓducere non derogat sue potētie. Non eim ex defectu diuine potētie accidit ꝙ nō posset illud. sz ex ipossibilitate effect⁹ maioris ifinito. Et q̄uis de⁹ nō posset extēsius q̄ ifinite extēsum ꝓducere nec intēsius q̄ infinite intēsum ex eo ꝙ dari non posset pōt tm̄ quacūq̄ creatura pfecta data ꝓducere pfectiorē essentialiter. nō eim pōt dari creatura infinite pfecta vt ostendet. ¶ Sed pro illo vbi dicebatur ꝙ deus posset infinitū elementū ꝓducere vel aliqd̄ mixtū: tentia naturalia nō determinarentur ad certā ⁊ determinatā extēsionē. Dicitur primo (vt paulo aūt dictū est) ꝙ extensio infinita posset saluari non cōtraueniēdo determinata ac finite extēsioni naturaliū entium si materia prima infinite extēsa detur: cui quidē materie idifferens est quātacūq̄ extēsio. Secōdo dicitur vt superius ꝓbabiliter dictū est in primo ꝙ entia naturalia saltem inalata non determinat sibi certā extēsionē quo ad magnitudinē q̄uis bn̄ quo ad paruitatē: maior eim ignis melius inesse oseruatur q̄ minor si eque sint rari: cū in maiore plus de forma contineat. ⁊ per oīs ex ꝓpria natura non repugnat igni sub infinita esse extensione. ¶ Sed forte dices/ignis ex ꝓpria natura requirit locum conseruatiuū eius sed si in infinitū extensus non esset in loco cum sub tanta extensione non posset ab aliquo contineri. igitur. repugnat nature ignis tanta extensio.

Non est dabilis creatura infinite perfecta.

Non repugnat materie p̄me aliqua extēsio

Entia naturalia inalata non terminant ad certa extēsionē q̄ ad magnitudinem.

¶ Pro solutione huius animaduertendum est ꝙ aliquid cōuenit enti naturali ex ꝓpria natura qd̄ quocūq̄ alio secluso pōt virtute diuina naturale ens cōsequi sicut a loco conseruari cōpetit igni ex ꝓpria natura et tm̄ deus pōt vicem loci supplere ipsum ignē sine loco conseruando. Aliud est qd̄ enti naturali si ex ꝓpria natura cōpetit ratiōe alicuius qd̄ deus non potest supplere illo secluso sic ꝙ ens naturale sit talis virtutis si illo rōne cuius talis virtutis dicit: careat quicd̄ faciat deus. Exēpli grā/ignis ex ꝓpria natura est calefactiu⁹/sicut aqua frigefactiua ratione frigiditatis ei inherētis si frigiditate careat aqua sicut ignis calore non frigefaceret aqua nec ignis calefaceret q̄uis in ꝑsentia illorum deus posset ⁊ frigiditatē et caliditatē ꝓducere. Ex hoc claret ꝙ q̄uis ex ꝓpria natura cōueniat igni a loco contineri vt ab eo cōseruetur non repugnat ei ꝙ sub infinita sit extensiōe deo supplēte conseruationē loci.

Bipharia intelligit aliqd̄ enti naturali ex ꝓpria natura euenire

¶ Dices forte ignis ex ꝓpria natura requirit celum ipsius conseruatiuū ⁊ si esset infinitus ignis celum non esset. ¶ Dicit eodē modo ꝙ deus supplere tuncvicem celi. ¶ De accidentibus etiam idem dicendū est: non e m̄ repugnat caliditati sub quacūq̄ intēsione esse q̄uis repugnat ei sub quacūq̄ remissiōe existere. Et sic q̄uis nullum calefactiuū naturale posset caliditatem infinite intensam ꝓducere propter eius finitam actinitatē ꝓcedentez ex finita multitudine forme quā cōtinet motor ꝓtim⁹ bene pōt infinite intensam ꝓducere caliditatē non eim̄ habet ex multitudine forme actinitatē. ¶ Sed dices ex illo sequit ꝙ angelus posset infinitā caliditatez ꝓducere postq̄ non ꝓduceret caliditatē ratiōe forme. ¶ Respōdetur negando sequelā non eim̄ potest angelus caliditatē alicui⁹ intēsionis ꝓducere immo nec aliquā entitatē ad extra vt supra in secūdo dicebat. Quāuis dicat doctor subtilis ꝙ cuz vnus angelus loquit alteri ꝓducit in eo noticiā. Dico aūt ꝙ si angelus posset aliquaz caliditatē ꝓducere posset infinitā. ¶ Sz infinita intensioni accidentiū videt obuiare qd̄ superius dicebatur in ꝓmo parte quarta. Dictum est eim̄ ibi ꝙ accidētia quedā sunt q̄ disponūt susceptiuum forme substātialis ⁊ ꝙ illa ex ꝓpria natura sibi determinēt intēsionē ꝓm exigentiā formarum substantialiū ad quarū introductionē disponunt ⁊ quarū sunt cōseruatiua: cū nulla igit̄ sit forma substātialis q̄ ad sui introductionē vel conseruationē infinitā caliditatē req̄rat: videtur ꝙ infinita intensio caliditati repugnat. ¶ Respōdetur ad istud ꝙ non magis ex ꝓpria natura accidens dispositiuū ad forma substantialē ordinatur ad itroductionē illi⁹ ꝙ ipsa forma substantialis ex ꝓpria natura req̄rat illā dispositionē: sed ita est ꝙ diuina virtute pōt forma absq̄ hmōi dispositione itroduci ergo poterit eadē virtute accidēs sub maiori intensione esse q̄ ad formaz introducendā vel cōseruādā req̄rat ⁊ bn̄ verū est ꝙ sup⁹ loco pallegato videbat illa rō apparēs ad ꝑsuadēdū deterīatā ⁊ finitā itēsionē accidētiū ex sua natura sz nō dicebat euidēter oīndens ꝓpositū.

Angel⁹ nullā entitatē ad extra ꝓducere pōt

¶ Supposito igitur ꝙ non repugnet ex ꝓprijs naturis naturalib⁹ entib⁹ sub quacūq̄ eē extēsione fil'r ⁊ accidētib⁹ sub quātacūq̄ itensiōe ꝓcedā in scrutatiōe huius materie de ifinito inārendo ¶ Primo vt superi⁹ dicebat an iam actualiter ꝓdetur infinitū aliqd̄ magnitudine vel multitudine vel ꝑm itēsionē vel an actiōe naturali ꝓduci posset. ¶ Secōdo an ꝑ diuinā potētiā sit dabil'. ¶ Tertio de motu infiniti siue locali siue alterationis.

¶ Pro expeditiōe primi ponuntur quo ad ifinitū magnitudine fundamētales ꝓpositiones. ¶ Prima est nullū ifinitū magnitudine cōtinetur sub orbe lune. ¶ Secōa ꝓpositio nullū infinitum magnitudīe ē supravltimā spherā. ¶ Tertia ꝓpō nullū celū ē ifinitū magnitudīe. Due prime ꝓpositiōes sunt ferme ꝑ se note cognit⁹ eim̄ terminis assentit̄ ꝓie cū eim̄ orbis lune finiti sit ambitus nullū infinite extēsum cōtinet. ¶ Secōa ꝓtz q: supra vltimā spheraz nihil ponit̄ existere. Sed dices illud nō ostat. dico ꝙ natural'r ꝓcedēdo asserere debem⁹ nihil ibi esse postq̄ nullū habemus motiuū ad aliqd̄ ibi assignādū naturalis eim̄ p̄bevt sepe dictū ē nihil dz asserere nisi sufficiens habeat motiuū ad illd̄ mō ad dicēdū aliqd̄ eē supravltimā spherā nullā habem⁹ rōnē. ¶ Tertia ꝓpositio ēt claret cū celū dicat orbis duas cōtinēs supficies/ꝑcauāvz ⁊ cōuexā ꝑticulat ōdictionē ꝙ tale corp⁹ sit ifinitū si eī eēt ifinitū i sursū careret supficie ꝓuexā si deorsū careret supficie ꝓcauam. Cōtra primā ꝓpōnez arguit̄ ꝓmo ⁊ sic. in vna de col ūnis hercules in hoc orbe lune ꝓtinebat ⁊ erat ifinite longa. igitur. ¶ Secōa ꝓs aūtis ꝓbatur. quātecūq̄z fuisset lōgitudinis erat in ea assignabilis qnedā linea infinite lōga quā vocāt g iratiuā ⁊ tā lōga dz colūna reputari. igitur. aūs ꝓbat. fuisset vna colūna decē pedū in lōgitudine ⁊ diameter crassitudis fuisset pedalis ⁊ extremū sup⁹ colūne fuisset a. ⁊ iferi⁹ fuisset b. imaginat ꝙ illa colūna ꝑ ꝑtes ꝓportionales diuideretur dupla ꝓportione. ¶ Intelligenti dz cōstare ꝙ ab extremo a pōt assignari linea ꝓcedēs ꝑ girū vsq̄z ad finē p̄me ꝑtis q̄ est medietas columne ⁊ erit maior q̄ pedalis illa eadē linea vere intelligitur ꝓcedere ꝑ girū secūde partis ꝓportionalis ⁊ ꝑ girū tertie ⁊ sic cōseq̄ter ꝑ cuiuslibet alterius ꝑtis girū igitur illa linea deueniēs vsq̄ ad extremū b est infinite lōga. Probatur oīa. ad girādū vnam partē ꝓportionalē talis colūne cuiuscūq̄ sit q̄titatis req̄ritur maior lōgitudo q̄ pedalis ⁊ sunt infinite partes ꝓportionales in colūna. ergo infinite partes maiores q̄ pedales cōtinentur in illa linea ⁊ ꝑ oīs illa est infinite longa. p̄ma ꝓs aūtis pz oium partiū ꝓportionabilū equales sunt diametri ⁊ ipsius colūne diameter crassitudis dicebatur pedalis. Sed circūferētia est plus q̄ in triplo maior q̄ fuerit diameter ⁊ linea girās circulari est maior ꝓpter declinationē. ergo q̄libz ꝓs illius linee girantis oēs ꝑtes ꝓportionales colūne que quidē pars giratvnā partē ꝓportionalē ē plus q̄ in triplo maior q̄ pedalis.

¶ Pro solutione hui⁹ argumēti sciendū est ꝙ de linea illa quā vocāt giratinaz fuit apud viros doctos difficultas. ¶ Unde buridanus in. iii j. phisicoz in spāli questiōe de linea giratiua dicit questionē illaz ei esse valde difficilē. Sed Guillelm⁹ Entisber in tractatu de motu locali sine hoc ꝙ ostenderet ibi magnā esse difficultatē/aut sic/sicut accidit in linea giratina que ponitur infinita. sup quib⁹ vbis. Garetean⁹ cōmētator eiusdem tractatus dicit que ponitur ifinita ⁊ reuera est. ¶ Sz buridano visuz est eā nō eē infinitā loco pallegato dicit ⁊ Alberto de saxonea. q. nona. p̄mi de celo. ¶ Entisber nō videtur vni⁹ vel alteri⁹ eē opinionis. dicit eim̄ q̄ ponitur infinita nō asserēs illud sz quasi dicens ꝙ ab aliis dr qd̄ re vera arguit ibi esse difficultatē ⁊ cōsideratis oibus difficultatibus ex infinitate linee giratiue insurgentibus: securior est lōge buridani sntia ⁊ q: infinitas linee giratiue ostēditur ab assignantibus eaz infinitā ex eo ꝙ sz eos est dabilis linea girās oēs partes ꝓportiōales modo supra posito in argumento Buridanus nō admittit esse dabilez lineā oēs partes ꝓportionales girantez qd̄ ipse nititur ostendere probando ꝙ nulle sunt omnes partes ꝓportionales alicuius cōtinui. manifestuz eim̄ est ꝙ si nulle sunt omnes partes alicuius cōtinui ꝙ nulla est girās oēs: ⁊ nullas esse oēs ꝑtes cōtinui nō ꝓbat buridan⁹ aliter q̄ isto medio. Vel ille oēs ꝑtes alicui⁹ cōtinui sunt tres vel q̄ttuor vel q̄nq̄ sz quocūq̄ nūero dato adhuc sunt plures ergo nulle sunt oēs. Secōa pars aūtis liquet q: qn̄ dicat ꝙ sunt due medietates assignabuntur tres tertie ⁊ qn̄ tres tertie assignabūtur quattuor q̄rte ⁊ sic oīn̄ igitur non sunt dabiles oēs.

Motiuū buridani asserētis nullam lineam giratiuā esse infinitam.

¶ Istud videt esse motiuū buridani ad tenendū nullas eē dabiles oēs partes ꝓportionales alicuius cōtinui: ⁊ mirum est ꝙ viro tam docto tale motiuū cōclusisset ad asserendū illud si intentio eius fuisset ꝓbare: ꝙ oēs partes alicui⁹ cōtinui non sic dicūtur esse alicui⁹ determinati ⁊ denoīati numeri quin sint maioris: sufficienter ꝓbaret intentū sz ibi non erat difficultas: nulle eim̄ partes alicui⁹ cōtinuiere dicūtur due quin vere dicantur tres nec tres q̄n q̄ttuor ⁊c. Cū quo videt stare ꝙ alique partes ꝓtinui dicātur eē oēs partes cōtinui ex quo non habet ꝙ ille sic sint due quin sint tres nec tres quin sint q̄ttuor ⁊c. ¶ Sz forte qui velit pro buridano respondere diceret ipsum intellexisse duas medietates alicui⁹ cōtinui ipsum continuū adequate cōstituētes distingui a tribus tertijs etiā ipsum cōtinuū adequate cōstituētib⁹ ⁊ illas tertias a tribus quartis ⁊c.

In sufficiētia motui buridani.

¶ Contra non posset dici istud ad mētē buridani q̄ primo phisicorū tenuit totum continuum suis partib⁹ oibus idētificari igitur. Aūs ꝓbatur sicut due medietates adeq̄te ostituētes totum idētificant ipsi toti ita tres tertias idē idētificari dici ꝓpz ⁊ quecūq̄ idētificant vni tertio idētificātur inter se ꝑ primā ai ceptionē q̄ tres tertie cōstituētes adequate aliqd̄ ōtinuū identificantur duabus medietatib⁹ adequate idē cōtinuum cōstituētib⁹. Et sic manifeste cōstat ꝙ ipse buridan⁹ q̄ tenuit totū suis partib⁹ idētificari nō deberet dicere duas tertias ōtinui ipm̄ adequate constituētes distingui a duab⁹ medietatibus eiusdē cōstituētib⁹ adequate ipm̄. Si aūt buridanus tenuisset totū a suis ꝑtibus distingui eēt apparentia ꝙ ipse deberet dicere illas tres tertias ab illis duab⁹ medietatib⁹ distingui q: si tres tertias duab⁹ medietatib⁹ dicam⁹ idētificari pari rōne dicere deberem⁹ vt apparet duas medietates idētificari toti. ⁊ per oīs tenētes totū a suis ꝑtibus distinguv idētur teneri ad dicēdū ꝙ tres tertie distīguūtur a duab⁹ medietatib⁹. Bn̄ vez est ꝙ sm̄ illā positionē due medietates ōtinui non sunt aliqd̄ vnū ens sicut nec tres ꝑtie ⁊ sic nō icōuenit tertias duab⁹ medietatib⁹ idētificari q̄uis due medietates nō idētificētur toti. Sz siue hoc sit verū siue nō sufficit nobis ꝙ buridan⁹ q̄ tenuit totū suis ꝑtib⁹ idētificari nō dēret dicere ꝙ non dantur oēs ꝑtes alicui⁹ ōtinui nisi forte accipiat cōstructio trāsitiue sz ibi nulla ē difficultas itrāsitiue ei accipiūt frequēter tales ꝓpositiōes. Itē cū buridan⁹ tenuit toti ꝑtē idētificari vel ille sūt oēs vel nō si p̄mū dant oēs sisc⁹ seq̄tur ꝙ sūt aliquē ꝑtes q̄ nō icludunt in illis q̄bus idētificatur qd̄ est absurdū. Sz hic aiaduertendū est ꝙ signato extremo aliquo alicui⁹ corporis sm̄ quālibet

Que tenet totū a suis ꝑtib⁹ distīgui apparēter dicerēt nō esse oēs partes continui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

positionē de toto ⁊ de ptib⁹ nō dank oēs ptes talis corporis nō terminate ad illud extremū ¶ Sz ꝓ denk oēs ptes terminate non dz negari: due enī medietates sūt oēs ptes terminate ⁊ tres tertie ⁊ q̄ttuor q̄rte ⁊c. ¶ Sz q̄uis nō dareť oēs ptes alicui⁹ cōtinui si linea habēs initium ab vno extremo deueniat vsq̄z ad aliō quālibz ptē ꝓportionalez ei⁹ girādo sicut arguendo dicebať nō tollit infinitatē ei⁹ nō dari oēs ptes ꝓportionales talis cōtinui sufficit enī ꝓ ifinitas partes proportionales giret talis linea sincathegoreumatice capto illo termino ifinitas hoc pz intelligēt. ¶ Sed dices forte ꝑ. Buridano talis linea nō ē dabil q̄ ab vno extrēo ad aliō extremū cōtinui deueniat quālibz ptē ꝓportionalē fm aliquā ptē sui girādo q̄ si talis dareť siue esset assignabiles oēs ptes cōtinui siue nō linea illa infinite eēt lōga. ¶ Cōtra/illō nō negaret buridan⁹ rationabiliter q̄ etiam deberet negare ꝓ nō datur aliqua linea recta in continuo ꝓcedens ab vno extremo ad aliō que quālibz ei⁹ ptē ꝓportiōalē illi⁹ cōtinui fm aliquā ptē sui mēsuraret quia nō admittit buridanus ꝓ deť linea deueniēs ab vno extremo ad aliō quālibz ptez ꝓportiōalē fm aliquā partē sui girando eo ꝓ ex illo seq̄ť vel ex eo ꝓ ad illud requiriť ꝓ deť oēs ptes ꝓportionales cōtinui nō deberet admitere illā rectā lineā dari cui⁹ oppositū experientia manifestat. ¶ Cōstat ex supradictis ꝓ siue debeat dici linea giratiua aliqua infinita sine non esse dabiles vel nō eē dabiles oēs ptes ꝓportionales continui esset oīno ad ifinitatē talis linee ip̄tinēs. Et quānis illud sit manifestū ex dictis ostendiť adhuc sic. ¶ De⁹ quālibz ptē nō terminatam ad a extremū alicui⁹ corporis signati cognoscit ponat ígiť de⁹ sup quālibet talē ptē vnū angelū ibi eēnt īfiniti ãgeli cōstat nō obstante ꝓ nō sūt dabiles oēs ptes nō termīate ad a extremum igitur nō repugnat dare lineā giratiuā īfinitā quālibz ptē ꝓportionalē alicui⁹ cōtinui fz aliquā ptē sui girātē nō obstāte ꝓ nō deberēt assignari oēs ptes ꝓportiōales eius dē. ¶ Itē signeť linea girās pmā ptē ꝓportiōalē vl pōt assignari linea alia ei cōtinua girās scōdz ⁊ alia girās tertiā continua scōe ⁊ alia girās quartā cōtinua tertie et sic cōsequēter de alijs sine statu ī aliq̄ pte proportionali vl deueniēdū ē in illo ꝓcessu ad aliquā ptē ꝓportiōalē cui⁹ līea giratiua non ōtinať ꝓcedētib⁹ Si pmū siue oēs ptes ꝓportiōales siue nō habeť ꝓ aliq̄ linea cuius libz parti ꝓportionalis linea giratiua cōtinuať īnfinitū ē lōga pz q̄ vsq̄z ad finē prime ptis proportionalis admin⁹ ē lōgitudinis pedalis ⁊ vsq̄z ad finez tertie protensa ad minus ē bipedalis ⁊ sic cōsequēter q̄ illa linea q̄ vltra quālibz ptē ꝓportionalē girādo ꝓcedit ē īfinite lōga. ¶ Itē gira girās primā partem ꝓportionalē alicuius cōtinui est pars alicuius linee giratiue cuius quelibet gira aliquā partē ꝓportionalē alicuius cōtinui girās est pars ergo prima gira est pars gire infinite ⁊ per ōñs datur linea giratiua infinita. Antecedēs ꝑbatur. pma pars ꝓportionalis est ps alicuius cōtinui cui⁹ quelibet ps ꝓportionalis eiusdē est ps. ergo per idē gira girās primā partē ꝓportionalē est ps alicuius linee cui⁹ q̄libet gira girās aliquā partē ꝓportionalē eiusdē ordis est ps. Si detur aliud mēbrū vez ꝓ est deueniēdū ad aliquā girā aliquā ptē ꝓportionalē girātē cui nō cōtinuať gira girās partē ꝓportionalē sequētē. Argr̄ sic vel illa est vltima ps ꝓportionalez post sequa que hz aliā partē ꝓportionalez post se. Non primū cū illa nō sit signabilis nec secūda q̄ nihil ipedit ōtinuationez gire ptis sequētis: ¶ Argumēta hic clare ostēdūt ꝓ siue dētur ptes ꝓportionales alicui⁹ ōtinui siue nō pōt oñdi ifinitas linee giratiue: saltē ꝓ illud ē iptinēs sue īfinitati vl finitati: ⁊ q̄ vbi hz determiari an totū a suis ptib⁹ distīguať an eisdē idētificeť determinādū ē an sint signabiles oēs ptes ōtinui vl ne fz positiōez illā q̄ totū a suis ptib⁹ eē distictū asseruit et discussio illa sit extranea ꝓpō nō discutiť in pñtiarū. Et ad argumētū ꝓncipale rñdeť fz illos q̄ lineā giratiuā eē īfinitā dicūt ꝓcedēdo īfinitatē ei⁹ ⁊ distīguēdo ꝓ ex illo seq̄ť aliqd īfinitū eē ifra orbē lune vel rectū ⁊ sic negať vl curuū ⁊ sic ꝓcediť: mō linea giratiua curua ē. ¶ Hec soło nō videť satisfacere: q̄ fm illos q̄ lineā giratiuā dicūt eē īfinitaz de quoz nūero ē magister nr̄ maioris/ꝓceptoz me⁹ mihi semp obseruādus ī quadrato asīgnāda est diametē īfinite lōga. Pz inq̄t capiatur diameť cui⁹ q̄libz costa sit q̄drupedalis diameť p̄me ptis ꝓportiōalis ē plus q̄ pedalis/ostat/⁊ illi ōtinuať diameť scōe ptis ꝓportiōalis ⁊ illi diametro scōe diameť tertie ⁊ sic oñter. q̄ diameť ꝓcedēs p oēs ptes ꝓportiōales ē īfinite lōga: ⁊ tñ in tali diametro nulla est curuitas. q̄ dať īfinitū nō curuū Istō de diametro īfinita nō videť mihi approbādū q̄ cū in fine ptis ꝓportionalis debeat fieri angulus ⁊ nunq̄ due linee angulū ostituētes ostituūt vnā lineā: manifestuz est ꝓ nō ē ibi dabilis diameť īfinita imo nec diameť q̄ttuor pedū ꝑbñ verū ē ꝓ daně īfinite diametriq̄ rū q̄libz ē maior q̄ pedalis: fz ille nō ostituūt vnā diāetz īfinitā an posit ostituere īfinitā lineā vbi de⁹ cōtinuaret illos diametros sibi inuicē ex dicendi euadet notū. ¶ Ex hoc liq̄t ꝓ nō opz iquirere ī q̄ angulo q̄drati terminať illa diameť infinita.

¶ Sed contra assignationē infinitatis linee giratiue. Arguitur primo sic. Si illa linea giratiua pars alicuius chirindrij deē pedū in lōgitudine ⁊ pedalis crassitudis seq̄tur ex īfinitate illi⁹ linee illud corp⁹ esse īfinite longū igiť. Seq̄la ꝑbať ps illi⁹ corpis ē īfinite lōga q̄ illō corp⁹ ē īfinite lōgū añs pz q̄ cū nō sit fm de linea mathematica illa linea q̄ dz esse infinite longa oportet ꝓ sit pars illius corporis cōsequētis ꝑbať/corp⁹ dz dici ita longū sicut lōgissima ps ei⁹ Sz vna eius ps est infinite lōga. s. linea giratiua. igiť. Añs ꝑbať si corpus nō esset ita lōgum sicut lōgissima pars eius deberet indicari longitudo eius reducēdo ip̄m ad vniformitatē sz ex hoc sequiť ꝓ linea giratiua non est īfinite lōga. igiť. pma ps añtis liquet ⁊ secūda pz ex eo ꝓ linea giratiua est diffōrmit lōga ꝓpter diuersaz quātitatē partiū ꝓportionabiliū quas girat. Sed reducēdo ipsam vniformitatē ad lōgitudinē finite lōgitudis inueniret esse. igiť. Secdo ostendiť ꝓ dato ꝓ corpus nō debeat iudicari ita longū sicut lōgissima eius ps ex infinitate linee giratiue seq̄ uiť corpus illud colūnare esse infinite lōguz ⁊ hoc sic. illud corpus adequate cōponiť ex lineis giratiuis quarū quelibet est infinite lōga. ergo illud corpus est infinite longū añs ꝑbať. diuidať ad imaginationē circulus vnius extremi illius corporis p partes ꝓportionales proportione dupla ⁊ a principio p̄me partis sit principiū vnius linee giratiue que procedat per oēs partes ꝓportionales ipsam girādo sic qd̄ ꝓporciona biliter scōm quātitatem partium giret illas tali modo ꝓ per primā partez ptranseat girādo scōm medietatē circūferētie ⁊ per secdam scōm vnam medietatē eius ⁊ per tertiā scōm medietatē eius ⁊ sic ꝓportionabiliter de alijs partibus ⁊ a principio secūde partis ꝓportionabilis illius circuli ꝓcedat alia gira girās primā partem ꝓportionalē colūne scōm vnā quartā circūferētie ⁊ girās scōam ꝓportionabiliter. ⁊c. Et sic ꝓcedāt linee giratiue ab alijs partib⁹ illius circuli ⁊ intelligaňť linee ille tante profunditatis quod vsq̄z ad lineā imaginabilem ꝓcedentez a pūcto medio vnius extremi colūne vsq̄ ad aliud punctuz mediū alteri⁹ extremi deueniāt sic ꝓ linee giratiue intelligātur iate ⁊ in parte exteriori ⁊ versus illā lineam mediā que imaginatur indiuisibilis per mediū colūne trāsiens tendāt ille linee giratiue ad nō latitudinē sicut ptes pomi in q̄ttuor partes diuisi vt cōiter in mensa diuidiť tenēdo igiť partes totius toti identificari. ¶ Arguiť sic. Iste linee sūt īfinite lōge ⁊ sūt illa colūna ergo ista colūna est īfinite longa vel ad min⁹ habeť siue idētificeňť toti colūne siue nō ꝓ ille giratiue adequate. ostituentes illā colūnā sunt infinite lōge. ¶ Et cōfirmať. lōgitudo hois attendiť fm longissimam eius partē. ergo ⁊ lōgitudo illius colūne. añs ꝑbať. hō tā longus iudicať quanta est distātia a plāta pedis vsq̄z ad verticē capitis ⁊ nō vsq̄z ad humeros. igiť. Itē tenēdo lineā giratiuā īfinitā aliqua pars hois est infinite lōga. pz de vna linea giratiua girante ipsum a vertice capitis per vnam tibiaz vsq̄z ad plātam pedis per partes ꝓportionales. ¶ Forte dices ꝓ homo iudicatur ita lōgus sicut lōgissima pars eius recta nō aūt a curna quēadmodū est linea giratiua. ¶ Cō tra ex illo sequitur ꝓ homo incuruatus non deberet alicuius longitudinis dici.



¶ Ad primū Respondetur negando corpus illud colūnale īfinite eē lōgitudinis ⁊ ad probationē diciť ꝓ lōgitudo corporis talis dz attendi penes longitudinē linee recte nec ex hoc seq̄tur ꝓ hō incuruaťvel corpus aliquod aliud curuum nō esset alicui⁹ lōgitudinis q̄ opz iudicādo de lōgitudine talis corporis habere respectū ad longitudinē eius cū eēt ad rectitudinē redactū seclusa rarefactiōe ⁊ ꝓdensatiōe diciť respectu totius q̄ non pōt corpus aliqd̄ curuū rectum fieri absq̄z condēsatiōeym⁹ partis ⁊ rarefactione alterius: q̄ si linea giratiua ad rectitudinē reduceretur sub īfinita eēt lōgitudine īfinite lōga iudicať. Ad aliud vbi dicebať corpus colūnare adequate ex īfinitis lineis giratiuis īfinite longis constitui pro nūc cōcediť. Diciť pro nunc quo ad īfinitatē lineay q̄ inferi⁹ oñdetur q̄d de infinitate linee giratiue cēsendū sit. ¶ Sed cōtra hoc Arguiť. seq̄tur ꝓ corpus illud colūnale eēt īfinite lōgitudinis/seq̄la probať si ille linee giratiue tale corp⁹ ostituētes ad rectitudinē reducerenť ꝓtur īfinita lōgitudo corporis colūn alis resultaret igiť. Respōdetur negādo sequelā ⁊ ad probationem admittitur ꝓ oēs linee giratiue talis corporis fiant recte et primo dicitur ꝓ siue maneat vnum corpus constitutū ex illis siue nō longitudo illius colūne postq̄ iam est recta nō debet indicari fm reductionē lineay giratiuarū ad rectitudinem. ¶ Et si dicas ad min⁹ corpus curuū deberet dici īfinite longū q̄ opz reducere ad rectitudinē ⁊ reducēdo ipsuz per reductionē linearum giratiuarū ad rectitudinē haberēť infinita longitudo recta. igitur. Respōdetur negando illud sufficit ꝓ reducto corpore illo ad rectitudinem sine reductione linearū giratiuay inueniať īfinite longitudinis. ¶ Secdo dicitur ꝓ quando ille linee giratiue ad rectitudinē reducētur deberet fieri protractio earū versus partes ꝓportionales minores colūne ⁊ debēt esse separate versus illas partes si non rarefierēt fm latitudinez et per ōñs considerata dispositione linee giratiue debent esse longitudines illarum linearū diffōmes versus illam differentiā loci versus quā rectificarentur ⁊ si versus proportionales maiores colūne possunt rectificate manere vnite possent sub tali dispositione vnum corpus cōstituere cuius longitudo totius cum cōtineat multas longitudines diffōmes debet iudicari fm longitudinem quam haberet tale corpus si ad vniformitatem absq̄ cōdensatione ⁊ rarefactiōe totius reduceret seruata semp latitudine vel crassitudine basis hoc est extremi partium proportionabilium maiorū ⁊ certe hoc est difficile nec mirum quia imaginatio linee giratiue est ardua sicut perampliūs inferius ostēdetur. Si non placet iste modus ymaginandi dispositionē lineay giratiuarū alicuius colūne ad rectitudinē redacarum. Inuenias aliam solutionem argumenti Ad aliud vbi tangebatur an longitudo alicuius corporis debeat attēdi penes partez longissimā eius inferius videbitur quid dicendum sit ⁊c.

Corpus rectum nō dz ad aliaz rectitudinēre duci indicādo de ei⁹ lōgitudine.

Imagiatio linee giratiue est difficilis.

¶Secundo principaliter arguit cōtra infinitatē linee giratiue sequeretur si infinita esset. aliquem esse lapidem nullius latitudinis quod est manifestum inconueniens quia lapis corpus est et omne corp⁹ est longū latū ⁊ profundū. ¶Sequela probatur. ¶Pro quo supponit ꝙ habens partes difformes in latitudine nō debet dici ita latum sicut pars ei⁹ maxime lata ſz potius latitudines difformes essent ad latitudinem vniformem reducende: Hoc posito arguitur sic ¶Sit vnum pilare lapideum et signata in eo vna linea giratiua quālibet ⁊ ptez ei⁹ proportionalem girante destruat deus omnes partes illius ꝓpilaris illa linea cum suis partibus remanente linea illa adhuc esset lapis quia pars erat illius pilaris et non mutauit speciē ⁊ tamē non debet dici alicui⁹ latitudinis igitur datur lapis non latus. Probatur antecedens lapis ille qui esset illa linea giratiua non debet dici ita latus sicut pars eius quā girabatur prima pars proportionalis illius pilaris quia habet infinitas alias partes equales illi in longitudine (aliter non esset illa linea infinite longa) minus latas et idem dicendum est de qualibet alia gira ergo. Antecedens probatur cum deuenitur ad partes proportionales minores op⁹ ꝙ gire earum minus sint late vt constat itelligenti imaginationem linee giratiue ⁊ per cōsequens op⁹ ꝙ sicut ⁊ ꝓportiōales talis pilar ꝓcedūt i ꝓuitate ad non quantum ita procedat linea giratiua ipsas girās ad non latitudinem ergo illa linea est nō lata et est lapis ergo dat lapis nō latus. Forte dices concedendo cōclusionem argumenti non admittendo ꝙ talis lapis sit corpus de ꝑdicamēto ꝓtitatis licet bene sit corp⁹ de predicamento substantie et sic non inconueniret dare corpus de ꝑdicamēto substantie nō latum imo nō quātum quātitate continua: patet si ad indiuisibile deus reducat lapidem aliquez ⁊ corpus in sacramento reputatur a multis non quantū continuū. ¶Contra. ex hoc sequitur ꝙ daretur longitudo sine latitudine qd vocati nominales non admittunt. patet qr illa linea esset longa ⁊ non lata. Sed diceres ꝙ non esset talis logitudo qualis a ponentibus indiuisibilia i cōtinuo assignatur esse linea superficierum continuatiua ⁊ terminatiua eo ꝙ multas partes: immo infinitas equales in longitudine continet alicuius certe latitudinis qd nō competit linee illi superficierū cōtinuatiue ⁊ terminatiue quā illi qui reales dicuntur existere astruunt. Cōtra ex hoc habetur non minus inconueniens quod ostenditur sic linee giratiue vt ostensuz est corpus colūnale constituunt adequate qd est certe latitudinis ⁊ linee ille sunt non late ergo latuz ex nō latis cōstituitur qd ab aristotele sexto phisicoꝝ impossibile reputatur sicut ꝙ ex nō quantis constituatur quātū cuius ratio in prōptu est. Nō compo nitur ꝓtuz sultat quātū aliquod: similiter si non latitudini iungatur nō latitudo nullū latuz habebitur. Et inde est ꝙ nec linea ex ꝑsictis nec supficies ex lineis nec corpus ex supficiebus cōponi dicūtur.

¶ Pro cuius intelligẽtia animaduertẽdum est ꝓ bifariam contingit remissam speciem a visibili procedere vel ex parte remissionis coloris que visibile illud est coloratum: vel ex parvitate: quando remissio speciei ex primo procedit ex tali remissione arguenda est remissio coloris Si autẽ ex secũdo procedat remissio speciei non oportet ꝓ color qui videtur difformis appareat

Bipharia; ꝓtingit species ꝓcedens a prima parte ꝓportionali non cõmissa: ꝑpetuit speciẽ intẽsiorẽ cũ specie scde partis quia tunc oporteret ꝓ essent in eadẽ parte organi. et ita per oñs nõ appareret vna pars extra aliã vnde videretur

¶ Scdo dicitur ꝓ species procedentes a visibili non se intẽdunt in organo visus vñ sicut habetur prima parte perspectiue cantuariensis propositione. 38. rei visibilis apprehensio fit ꝗ nõ se intẽdunt species ĩ piramidem radiosam: ⁊ propositio. xl. est talis visionem fieri sub curta piramide ⁊c. vnde pi organo visus

Universidad de Deusto Biblioteca

ramidaliter ꝓcedunt: radij visuales hoc est species a visibili: organũ autẽ visus debet immutari a radijs cõstituentib⁹ piramidẽ curtam non aũt a radijs cõstituẽtibus piramidẽ completã cuiuscunq; eiꝰ magnitudinis esset angulus cõstitut⁹ in cono: non suffi cerẽt radij vel species visibiles constituẽtes ipm visum immutare et sic in parte organi in qua visio causat species non se intendunt vna eiꝰ est extra aliam sicut et partes visibiles. ⁊ per oꝰs in organo non est vꝰ species ꝓcedentes a visibili finitã qualitatẽ constituẽt dato ꝓ sint eque intense ⁊ ex intelligẽtia hui⁹ ratio nabiliter negaret in aliquo pũcto medij ꝑspicui esse species infinitas a partib⁹ ꝓportionabilib⁹ ꝓcedentes: qm̃ non est vꝰ illud probet nisi ex eo ꝓ si in aliquo puncto medij ꝑspicui ocul⁹ po naturvideret visibile (vt solet argui cõiter) ⁊ tũc distinguẽdũ esset: vel sic ꝓ ocul⁹ imutaret a spẽbus cõstituẽtibus angulũ in illo pũctoꝰ sic negaturvel a spẽbus cõstituẽtibus piramidẽ curtã et sic cõceditur dico. n. ꝓ in nullo puncto medij ꝑspicui sunt nec infinite nec finite spẽs.

In nullo puncto medij perspicui sunt species aliqua

¶ Primus modus respondendi de remissione spẽrum ꝓcedentium a ꝓtibus ꝓportionabilib⁹ minoꝛib⁹ nõ videt mihi approbatiõe dignus nõ eiꝰ est admittendũ ꝓ a ꝑte ꝓportionali minoꝛi debeat resultari spẽs remissioꝛ ꝓ a parte maioꝛi (ceteris paribꝰ) ⁊ quicꝗd superius dixerim distinguẽdo. ꝓ remissioꝛ esset spẽs vel ex remissione coloꝛis vel ex puitate visibilis ⁊c. Iudicio meo remissioꝛ spẽs remissioꝛẽ colorẽ apparere est in cã: sed q: (vt dictũ est) materiã hãc alibi ꝑtractare intẽdo vlterius non progrediꝛ.

Non procedit species remissior a minori ꝑte ꝓ a maiore ceteris paribus.

¶ Confirmatio non procedit soluendo argumentũ secũdo modo ꝑtꝰ intelligenti. Insuper ex dictis superi⁹ in sexto loco ꝑallegato habet q̃d sit dicendũ ⁊ ibi difficilius argumentum erat ꝓ hic, ꝑpter indiuisibilitatem subiecti.

¶ Tertio principaliter arguit potest naturaliter in intellectu esse assensus ifinite intensus ergo antecedẽs, ꝑbatur trib⁹ suppositis: primo ꝓ voluntas actiue concurrat ad sensuꝫ quod tamen non iudicoverum vt primo posterioꝛ nisus sum ostendere: sed q: cõiter conceditur/admittatur. Secundo ꝓ voluntas in instanti actuꝫ producere posit. Tertio ꝓ ad conseruationem actualis assensus nõ requiratur actualis existẽtia volitionis eum causantis.

Suppositiões tres.

¶ Tunc arguit sic detur ꝓ in prima parte ꝓportionali vnius hoꝛe eliciat voluntas volitionẽ assentiendi isti, ꝓpositioni deus est trinus ⁊ vnus in secunda parte eliciat vnam talem volitionem ⁊ in tertia vnam talem ⁊ sic cõsequenter tandẽ in fine hoꝛe assensus causatus erit infinitus patet quia ad multiplicationẽ volitionũ intendetur assensus ⁊ ille volitiones erunt infinite ⁊ eque intense vt supponitur igitur.

¶ Forte dices ꝓ non posset volũtas in paruis ꝑtib⁹ ꝓportiõalib⁹ tales volitiões elicere

¶ Contra potest in instanti ex vna suppositione: ergo potest in quacũq; parte propoꝛtionali. ¶ Forte dices ꝓ voluntas non posset immutari a volitionibus infinitis propter suam finitam capacitatem. ¶ Contra sit casus ꝓ quandoꝰ nam elicit precedentes nõ habeat ita ꝓ eliciens secũdam non habeat primam: eliciens tertiam non habeat secundam ⁊c sic consequenter nec requiritur actualis existentia illarum ad cõseruationem assensus vt patet ex alia suppositione.

¶ Forte dices ꝓ intellectus debet actiue concurrere ad productionẽ assensus ⁊ cũ sit finite actiuitatis nõ poterit ꝓducere assensuꝫ vltra maximũ quod põt sicvel minimũ qd̃ non põt.

¶ Contra agens finitum infinite adiutũ effectũ infinitum ꝓducere potest sed ab infinitis volitionibus adiuuatur ⁊ ellectus ergo ⁊c.

Agẽs finitum infinite adiutum effectuꝫ infinitum ꝓt producere.

¶ Respõdetur negando aũs ⁊ ad probationem admissis suppositionibus dicitur ꝓ nõ oportet ꝓ quacunq; volitione aduenienti assensus intendatur oportet enim ꝓ volitio assensuꝫ intendẽs sit tante actiuitatis ꝓ posset producere simul cum alijs concurrentibus intensiozem assensum ꝓ fit assensus qui intendi debet. Undeꝰ superius dicebatur in secundo et in tertio nunq; agens naturale inuenies effectuꝫ in passo tantum quantum producere potest ꝓducet aliquid in passum illud exempli gratia calefacti num potens precise caliditatem vt quartuoꝰ producere in passum habens caliditatẽ vt quatuoꝰ nihil caliditatis ꝓduceret. ¶ Hic ad multitudinẽ forme nõ habetur cõsideratio ⁊ sic si sit assensus in intellectu intensus vt duo volitio (virtute cuius debet intendi) debet esse tante actiuitatis ꝓ cũ alijs causis necessario req̃sitis posset ꝓducere assensum intensiozẽ ꝗ vt duo. Ex quo liquet ꝓ ꝗto intensioꝛ fit assensus intellect⁹ tanto req̃ritur actiuioꝛ volitio ad eꝰ intẽsionẽ si igit̃ in ifinitũ dꝫ assensꝰ intẽdi in ifinitũ actiua dꝫ ꝓduci volitio ⁊ cum finite sit actiuitatis volũtas relinq̃tur ꝓ tante intẽsionis posit eẽ assensus ꝓ volũtas nõ posset, ꝓducere volitionem tam intẽsam que sufficiat ad intẽdendũ ipsum ⁊ per cõsequens nõ intẽdetur in infinitum assensus per ꝓductionem volitionum.

Agens inuenies effectuꝫ equalez effectui ab eo, ꝓducibilis nihilũ in passuꝫ illud ꝓducet.

¶ Contra predicta arguitur quacunq; volitione data in voluntate potest ipsa volũtas intensioꝛem producere: ergo solutio nulla. Antecedens probatur voluntas potest suaꝫ volitionez intendere sub quantacunq; eẽt intensione.

¶ Sed quia data volitione vt quattuoꝰ potest volitionem eiusdem speciei producere vt vnum in prima parte proportionali vnius hoꝛe ⁊ in secũda volitionem ita intensam ⁊ in tertia ⁊ cetera igitur. Forte dices ꝓ non poterit voluntas immutari tam in tensa volitione ⁊ ꝓ dabitur maxima volitio a qua potest immutari. vel minima a qua non potest. ¶ Contra melius immutatur voluntas volitione intensioꝛi (ceteris paribus) ergo non est dabilis maxima volitio qua immutetur vel minima a qua non consequentia videtur manifesta. Si enim fortius agens melius agit i passum quãto fortius erit tãto fortioꝛ erit actio ꝓ obiẽm non datur maximũ quod sic a quo aliquod passiuum pati põt nec minimũ quod non.

Difficili⁹ ẽ volũtati cõseruare itẽ fiozez ꝓ remissiozẽ volitionem.

¶ Respondetur negando ꝓ volitiõe ꝓ tuncunq; intensa posit immutari volũtas ⁊ hoc ideo quia non precise voluntas patitur sed etiã agit cum immutatur. Ꝓbiẽm cum sit finite virtutis actiue oportet ꝓ detur maxima intẽsio volitionis qua potest imutari vel minima qua nõ. insuper non oportet ꝓ ꝗuis intensioꝛ volitione melius immutetur ꝓ remissioꝛe ꝓ sub quacũq; intensione possit immutari ⁊ in naturalibus est manifesta instantia caloꝛ eiꝰ sub aliqua intẽsione corpoꝛi humano melius conducit ꝓ remissioꝛe sed tam intẽsus caloꝛ põt dari ꝓ vitam hoꝛis extinguet. ¶ Sed forte dices (vt dicebat) existẽte in volũtate volitione vt quattuoꝰ volũtas põt producere in prima parte ꝓportionali vnum et postea potest producere tam intensam volitionem. ⁊ sic oꝰ ꝑ per partes proportionales vnius hoꝛe. nec precedentes impediũt productiones sequentium potius iuuant nec illud obuiat finite actiuitati volũtatis postq̃ nõ simul sed vnam post aliam producit volitiões igitur. ¶ Respõdetur ꝓ ꝗuis nõ sit difficultas ex parte productionis est tm̃ ex parte cõseruatiõis difficilius est eiꝰ voluntati conseruare intensioꝛez ꝓ remissioꝛẽ volitionem ⁊ sic voluntas non poterit ꝓtanc̃ũq; volitionem cõseruare nisi specialiter adiuta sed de hoc nihil in parte ista.

Volũtas cũ iuuatur agit.

¶ Quarto principaliter arguitur aliq̃s effectus naturaliter producitur in instanti ergo dabile est accidens infinite intẽsum naturaliter Aũs liquet ex superi⁹ dictis. ⁊ oꝰ ꝗ probatur datur naturaliter aliqua forma substãtialis in instãti producibilis ad quam caliditas disponit corrumpendo formam precedentez. ¶ Arguitur sic ad corrumpendũ formaꝫ preexistentẽ subito requiritur accidẽs vel aliqua qualitas corruptiua infinite intensa ⁊ non põt forma de nouo introduci nisi alia corrumpatur cum generatio vnius sit corruptio alteri⁹ igitur ex productione instãtanea alicuius forme substantialis sequitur accidens infinite intensum esse dabile ꝓ requirat qualitas infinita corruptiua forme precedentis Probatur illa forma precedens sue corruptioni resistit igitur vel debet corrumpi successiue vel requiritur qualitas infinita que ipsam in instanti corrumpat cuiusquedam actiuitas in infinitũ exuperet eius resistentiam.

¶ Respondetur negando consequentiã et ad probationez dicitur ꝓ ꝗuis subito debeat corrumpi forma precedẽs sicut minimũ naturale vt patet ex dictis in primo non requirit agẽs naturale infiniti vigoꝛis ad illud nec qualitas infinite intensa. Sed prima causa que infinite virtutis est infinite cum agentibus naturalibus cõcurrit ad corruptionem ⁊ productionem subitaneam vt loco ꝑallegato dicebatur nec dicendum est aliunde prouenire instantaneas mutationes saltem vbi ponitur resistentia.

Aliq̃ũ finite aliq̃ũ ifinite cõcurrit ꝑia cã cũ naturalib⁹ agẽtib⁹.

¶ Sed forte dices cum prima causa concurrat cum quolibet agente naturali ⁊ infiniti sit vigoꝛis debere oẽs naturales actiones instantanee fieri vel subito. ¶ Respõdetur negando illud sequi voluntarie enim cõcurrit causa prima vt superi⁹ ꝑbice ostẽsum est ⁊ sic magis cõcurrit cum vno agẽte ꝓ cum vno alio quia cum aliquo finite cũ alio autẽ infinite ⁊ si queras rationẽ diuersitatis assignando pro ratione eius voluntatem deberet ibi satis fieri sed vt plenius satisfiat dico ꝓ qm̃ exigit natura rei producibilis vel rei corruptibilis instãtaneã vel subitaneã mutationẽ infinite concurrit qm̃ autem talem mutationẽ natura rei corruptibilis vel ꝓducibilis nõ req̃rit finite dũtaxat ocurrit. Natura eiꝰ minimi naturalis talis est (vt ex dictis in primo liquet) vt cũ nulli eiusdẽ speciei continuat subito corrũpatur ⁊ producatur ⁊ cum prima causa melius ꝓ natura nõ deficiat in necessarijs qm̃ tale minimũ debet produci vel corrũpi vt forma alia producat infinite cum naturali agẽte ocurrit. videant q̃ dicta sunt supius circa istud propositum loco prealegato.

¶ Contra secundam propositionẽ qua dicebatur non esse in rerũ natura infinita accidentia specie distincta. Arguit̃ sic dantur in speculo infinite imagines ergo est dabilis infinita multitudo accidentiũ. Antecedẽs probatur duobus speculis cõtra se positis causant in vtroq; infinita simulachra igitur ꝑtꝰ. Aũs causant decẽ vt cõstat ⁊ viginti ⁊ triginta ⁊c. et sic sine statu quia nescires assignare determinatũ nũerum sic ꝓ nõ plures imagines causent igit̃



¶ Forte dices ꝓ illa simulachra sunt eiusdẽ speciei. Cõtra obiecta specie distincta simulachra specie distincta causant sed speculũ ⁊ sua imago distinguntur specie et ab imagine speculi causat simulachrũ scilz a speculo vt declarabit̃ statiz ergo illa duo simulachra specie distingũtur. ⁊ pꝰ aliꝰ ab illis causata ⁊ sic in infinitum. igitur.

¶ Pro intelligentia materie argumenti. Sciendũ est ꝓ vt experientia manifestat duobus speculis contra se positis in vtroq; magna multitudo imaginum apparet in quarũ quidez imaginũ apparitione multa veniunt consideranda. ¶ Primũ est multiplicatio vel multitudo imaginum. ¶ Secundũ diuersitas ꝗtitatis imaginum apparentiũ minoꝛes enim ⁊ minoꝛes imagines apparent. ¶ Tertium est diuersitas apparentis situs illarum imaginũ vna eiꝰ profundioꝛ vel remotioꝛ alia videtur.

¶ Pro primo dicendũ est ꝓ multiplicatio imaginum ex hoc prouenit si vnũ speculum. a. ⁊ aliud speculum. b. pedaliter distanti a. a. producit in. b. suam imaginẽ ⁊ b. in. a ⁊ imago. a. exꝰ in. b. ꝓducit suã imaginem in. a. et imago. b. existens in. a. pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

duct in.b. suam imaginem et quelibet illarum imaginum producit imaginem sui in alio et ex hoc resultat multiplicatio et multitudo imaginum. An in infinitum fit processus vel fit in aliquibus imaginibus status inferius dicetur.

¶ Pro expeditione secundi de diuersitate ꝓtitatis imaginũ sciendũ est ꝙ prout Dñs cãtuariẽsis habet in secũda parte sue perspectiue imago rei vise in speculo cõuexo minor notabiliter est ꝓ res ipsa cuius est imago vnde propositio tricesima tertia est talis in speculis sphericis imagines in maiori parte minores esse rebus visis ⁊ ꝓpositio.xix.quarta est talis in speculis cõuexis que minora sunt eo in eis minores imagines apparere. Ita ꝙ imago rei vise in speculo cõuexo minor erit ꝓ res visa ⁊ inde est ꝙ imago.a.in.b.minor est ꝓ.a.et imago illi⁹ imaginis minor erit ꝓ illa imago ⁊ imago illi⁹ minor ⁊c. Sed ratio propter quam minor est imago in speculo conuexo ꝓ res visa est q̃ cõcursus radiorũ visualium cum catheco est ꝓpinquior oculo in speculis cõuexis ꝓ in planis vt idem cantuariẽsis habet super ꝓpositione positam tricesimam tertiã ⁊ radij ab eodem puncto procedẽtes ꝓto minus ꝓtendunt tãto extrema minus distãt et ecõtra. ⁊ per oñs radij visuales imaginarij procedẽtes ab oculo vsq̃ ad ocurſuz cũ catheco ꝓ ꝙto pinqui⁹ oculo cõcurrunt tanto min⁹ distãt ⁊ cum ꝓm distantiã illorum radiorũ in cõcursu repsentatur ꝓtitas rei vise. relinq̃tur ꝙ minor apparebit notabiliter ꝓ est hoc claret in figura hoc aũt a scientiũ⁹ aliquid in perspectiua perfecte cognoscitur ⁊ pro eis sufficit q̃d dictũ est pro alijs autẽ qui ignari sunt illius artis plura que dicerẽtur non sufficerent ꝓ obrem supersedeo.

¶ Pro declaratiõe tertij de diuersitate apparẽtie situs imaginũ aduertendũ est ꝙ imago reivise in speculo plano videtur tm̃ distare a speculo ex altera parte ꝓtum ipsa res a speculo distat ⁊ hoc ideo q̃ non solum res ipsa in speculo apparet sed etiam distantia ipsius rei a speculo in speculis planis tanta ꝓta est in cõueris autem minor aliq̃n. Hoc claret per vicesimã secunde partis perspectiue cantuariẽsis vbi habetur imagines apparere in cõcursu linee visualis cũ catheco ⁊ radius visualis non ocurrit cũ catheco nisi in pũcto tm̃ distãtes speculo plano sicut res visa in cõueris aũt in pũcto min⁹ distãte ⁊ hoc iõ q̃ citra centrũ speculi dz cõcursus fieri et stat ꝙ res visa lõge magis a supficie speculi distet. ꝓ superficies speculi a suo centro si igitur a speculo distat a b speculo pedaliter imago a in b debz apparentie minus ꝓ pedaliter distare a superficie speculi b ex alia pte et sic illa imago apparẽter distat ab a cui⁹ est imago plusꝓ pedaliter et per consequẽs imago illius imaginis in a apparebit plusꝓ bipedaliꝫ distare a supficie a q̃quidẽ imago cũ appareat distare plusꝓ a b appebit distare a supficie plusꝓ bipedaliꝫ ex alia pte ⁊ sic oñr de alijs imaginib⁹ ꝓsiderãdũ est hoc figura hic posita presentatur.

¶ Ad argumentum respondetur negãdo antecedẽs non eñ proceditur in infinituz in illis imaginibus: causa est q̃ imago rei vise minus sufficiens est ad ducendã per tãtam distantiaz suam imaginem ꝓ ipsa res visa ⁊ imago illius minus sufficit ad illud ꝓ imago cuius imago est et sic cõsequenter de alijs imaginib⁹ vñ ꝓpositio.3. prime partis perspectiue cantuariẽsis est talis luces resexas similiter ⁊ colores debiliores esse directe radiantibus.⁊.xj.res in speculis vniuersaliter apparere debili⁹ ꝓ directe deueniendũ est igitur ad vnã imaginem tam parue actiuitatis ꝙ non sufficiat ꝓducere suã imaginem in alio speculo per tantam distantiã vtrũ videlicet illa imago erit.xx.vel centesima nescirem⁹ bene certificare nec opus ẽ scire que tam est imago illa sicut nescius quãte sicut ne scimus quante quantitatis sit minimũ naturale et per oñs non habes ex multiplicatiõe a illoꝝ imaginũ infinitã multitudinem accidentiũ specie distinctorum.

Nota ꝓcedũt in infinitũ multiplicatiões imaginũ in speculis ꝗ sepositis.

¶ Libenter dixissem plura de imaginibus in speculis apparẽtibus ⁊ pscrutat⁹ fuissez ly an imago q̃ in speculo apparet sit ab eo distincta et a re visa vt perspectiui oẽs ferme astruunt quãuis cantuariensis nonadecima propositione secũde partis sue perspectiue videatur dicere oppositũ vel potius ipsa res visa vt occaz nititur probare sed quia alibi intẽdo de hac materia ꝓtractare hic amplius nõ inficio. quãuis Cantuariensis sup decimãnonaz propositione secũde partis sue perspectiue videatur dicere oppositum.

¶ Secũdo principaliter Arguitur infinita accidẽtia specie distincta pñt naturaliter dari igiꝫ. Añs probat suppositio primo ꝙ ex cõmixtione qualitatũ primarꝝ scõe q̃litates resultẽt et hoc scõm diuersaz proportionẽ in qua se haberent prime q̃litates. Exẽpli gr̃a si caliditas ⁊ humiditas se hñt in proportiõe dupla resultat aliq̃s color si in proportione sexq̃tertia, alius color distinctus ab alio specie et si in ꝓportione alia alius. ¶ His positis sic Arguiꝫ in infinitis ꝓportiõibus possunt se habere prime qualitates et scõm ꝙ sub diuersis proportionib⁹ se habẽt diuersa resultant accidẽtia vel colores specie distincti igitur. ¶ Secunda pars añcedẽtis ex suppositione liquet ⁊ prima claret non enim possunt se habere in proportione aliqua quin in alia distincta ab illa haberi possint.

Ex permixtione q̃litatũ primarũ scõe resultant.

¶ Forte dices ꝙ ꝓuis infinitis modis variis possent miscer i prime qualitates q̃ non tot quin pluribus non tamen est possibile ꝙ infinitis modis miscerenꝫ ita ꝙ in sensu diuiso ⁊ sincathegoreumatice verũ est dicere ꝙ infinit, ꝓportiõib⁹ distictis pñt se habere q̃litates prime nõ tm̃ i sensu cõposito. ¶ Cõtra hoc Arguiꝫ sic ex hoc sequiꝫ ꝙ aliq̃n accidẽtia pñt esse in rerũ natura q̃b⁹ nulla sit ꝓ accidẽtia i spẽ dant actualiter existẽtia q̃d vez eẽt magnũ incõueniẽs in phisica. Sed q̃la ꝓbat. de ꝓ cẽtum modis varijs pcise fiunt q̃litates ꝓme ꝓmixte tũc sic argũ. Vno alio mõ pñt misceri ex quo resultabit aliõ accẽs spe distinctũ a quocũq̃ exñte. igiꝫ ⁊ tantũ dez põt dici de vno alio imo de ifinitis alijs ⁊ ꝓ oñs iã actualiter careret natura infinitis spẽb⁹ ⁊ accidẽtiũ possibilium naturaliter.

¶ Pro solutione huius multa essent dicenda sed q̃a de q̃litatib⁹ scõis a plurimis q̃litatib⁹ resultãtib⁹ sermo est qui ad libũ de generatiõe spectat (vbi de illis tractare itẽdo) hic pauca dicã. ¶ Vnde ad argumentum respondẽdo negaꝫ eius antecedẽs et ad ꝓbationẽ admissa suppõne negaꝫ ꝙ infinitis modis varijs se possent hr̃e q̃litates ꝓme ex quoꝝ quidẽ modorũz diuersitate infinite q̃litates scõe spe distincte resultãt. ¶ Pro quo aduertẽdũ est ꝙ cũ q̃litates ꝓme ad gñationẽ ⁊ cõseruationẽ formarũ substantialiũ ordinent nõ ꝓtingit ꝙ naturaliter misceantur vel ꝓportionẽtur nisi fm ꝙ desunt gñationi ⁊ cõuersationi forma substantialiũ. Cũ autez forme sub̃ales naturaliꝫ possibiles sub finito sit numero relinq̃tur ꝙ finitis modis pcise, ꝓportionari possint q̃litates ꝓme ⁊ ex oñti finite sũt dñtaxat q̃litates scõe possibiles naturaliter.

Prout fermit gñatio ⁊ cõseruatio formarũz substantialiũz q̃litates ꝓme miscentur.

¶ Cõtra hoc arguitur sic. cũ caliditas ⁊ humiditas sunt simul ⁊ vna illarum qualitatũ vsq̃ ad non gradũ remittitur ifinitis modis varia ꝓportio illarũz duarũ qualitatũ. p3. sic se habebũt in ꝓportione dupla ⁊ in quadrupla et in octupla ⁊ sic in infinitũ vt liquet intelligenti. igitur infinitis modis põt variari propositio naturaliter. Secundo argumentum probare videtur infinitas formas substantiales eẽ possibiles specie distinctas naturaliter.

¶ Respõdetur ad primuz distinguendo ꝙ infinitis modis possit variari ꝓpositio q̃litatum ꝓmarũ vel variatione sufficiente ad corruptionẽ vnius forme substãtialis ⁊ ꝓductionẽ alterius ⁊ sic negatur vel variatione nõ sufficienti ad illud ⁊ sic cõcedit. Stat eñ ꝙ humiditas vel caliditas vsq̃ ad nõ gradũ remittatur nõ corrupta forma substãtiali et sic quãdo dicebatur ꝙ nõ possit ꝓportionari infinitis modis distinctis intelligitur de ꝓportiõe sufficiẽti ad formã substãtialẽ ĩroducẽdũ ⁊ per hoc põt solui aliud argumẽtũ q̃d fiebat ad ꝓbãdũ ꝙ forme substãtiales spe distincte ifinite pñt naturaliter existere: eo ꝙ ez diuersuz modũ q̃ qualitates admiscẽtur diuerse forme substantiales, ꝓducũtur solui inq̃ põt ꝓ hoc ꝙ dicaꝫ (sicut opz) ꝙ nõ q̃libet proportio sufficit ad forme substãtialis ꝓductionem.

Non q̃libet diuersa ꝓportio q̃litatũ ꝓmarũ sufficit ad ꝓductionẽ scõe q̃litatis specie distincte.

¶ Insuper. Aduertẽdũ est ꝙ adhuc certa ⁊ determinata ꝓportio nõ sufficit sed multitudo forme ⁊ extensio debita requirunt. Vñ ꝓnis Exempli gr̃a. caliditas et humiditas se hñtes in ꝓportione dupla sufficiãt ad gñationẽ huius mixti siue ꝓfecti siue imꝓfecti (in idẽ redit) non opz ꝙ q̃cũq̃z tales q̃litates se habẽtes in tali ꝓportione sufficiant ad illud quia forte requirunt quattuor gradus humiditatis ⁊ duo calidita tis ad generationẽ illius mixti et non sufficiunt dimidius gradus humiditatis ⁊ vna quarta gradus caliditatis q̃uis se habent in equali proportione ⁊ adhuc illud non sufficit quia stat ꝙ tantũ de qualitate sit vbi est intensio precise vt vnum sicut vbi est intensio vt quattuor ⁊ sic opz ꝙ qualitates proportionentur scõm multitudinez formẽ ⁊ non sufficit fm intensionem graduũ. Sed hec alibi. Quo ad extensionẽ liquet ex dictis de minimo naturali.

Non q̃libet proportio q̃ꝛ ꝓmarũ sufficit ad forme substantialis imaginationem.

¶ Sed contra predicta arguitur sic ex diuersa permixtione qualitatũ primarũ resultat qualitas secũda dato ꝙ ex illa permixtiõe diuersa nõ debeat forma substãtialis gñari ergo non oportet ex finitis modis quibus diuersificari potest proportio qualitatũ primarũ quoad generationẽ forme substantialis inferre finitatẽ possibiliũ qualitatũ secundarũ distinctarũ specie: cõsequentia est clara ⁊ aũs probatur experientia cognoscitur ꝙ actione naturali ex vride fit croceũ et ex albo rubrũ forma substantiali nõ varia ⁊ hoc nõ nisi ex diuersa proportione primarũ qualitatũ. ¶ Rñdetur cõcesso antecedẽte negando oñiam ꝓ cuius intelligẽtia. ¶ Aduertẽdũ est ꝙ sicut nõ ex quacũq̃ variatione proportionis qualitatũ primarũ forma substantialis variatur ita nõ ex quacũq̃ variatione proportionũ taliuz qualitatũ secũda qualitas resultat certa eñ ⁊ determinata proportio similiter intentio determinata qualitatũ primarũ requirunt ad ꝓductionem scõe qualitatis. Ita ꝙ non opz ꝙ si ob albedinẽ producẽdã ponaꝫ frigiditas vt sex et humiditas vt quattuor ꝙ ꝓ primo incipit remitti frigiditas incipiat corrũpi albedo et alius calor generari specie distinctus: sufficit eñ ꝙ albedo inciperet remitti.

¶ Secũdo potest aliter ad argumentũ dici cõcedendo illud q̃d infertur videlicet posse infinita accidẽtia specie distincta naturaliter existere sincathegoreumatice ⁊ in sensu diuiso ⁊ cõceditur insuper ꝙ aliq̃d accidẽs põt naturaliter existere cui nõ datur aliud simile i specie actualiter existẽs: nec illud dz incõueniẽs reputari: sicut eñ datur aliquod mixtũ imperfectũ quo natura caret per aliquod tẽpus sicut nix vel grãdo a fortiori nõ incõuenit ꝙ aliquo accidẽte careat a fortiori dicitur q̃ non est tãte perfectionis accidẽs sicut mixtũ iperfectũ sufficit ꝙ i suis causis proximis ꝙ quodcũq̃ accẽs cuiuscũq̃ sit speciei existat. Vnde quãuis naturali necessitate in mundo debeat esse caliditas humiditas frigiditas ⁊ siccitas ex quarũ qualitatũ cõmixtiõe alie qualitates resultant: nõ oportet ꝙ mundus nõ careat aliqua qualitate sed sufficit ꝙ virtualiter secunde qualitates in primis continentur. Vnde sicut artificialiter producuntur alique forme substantiales. Patet de medicinis compositis et notuz est: ꝙ mere voluntarie apothecarij conficiunt illas possent ergo eas non conficere ⁊ sic mundus careret illis. ¶ Non reputetur ergo incõueniens ꝙ aliqua specie possibili natura careat: sed fm illos q̃ perspicuũ hñt non esse

Nõ est incõueniens ꝙ aliq̃ vna tota spẽ possibili natura careat.

Ex diuersis aspectibus astrorum diuerse procedunt influentie. Nõ q̃libet aspectus diuersitas ad diuersitatẽ effectus sufficit. Quiq̃s sũt aspectus de quibus astrologi facũt mentionẽ

aliquam entitatẽ possibilem quin aliqua eiusdẽ spẽi actualiter existat: argm̃ dz primo mõ solui ¶ Ex dictis põt dici ad aliũ argm̃ quod põt formari de aspectibus astrorũ cũ aũt ex diuerso aspectu astrorũ diuerse dispositiones ⁊ influentie in istis inferioribus resultent ⁊ ifinitis modis põt aspectus astrorum variari: videbaẽ sequi possibilitas infinitorũ accidẽtiũ sp̃e distinctorũ: Sz põt ad hoc dici ꝓportionabiliter sicut ad alia vz q̃ q̃nis ex diuerso aspectu astrorum diuersus sequatur effectus: nõ tm̃ q̃cũq̃ diuersitas aspectus sufficit ad effectũ diuersũ. Vm̃ astrologi de aspectibus q̃nq̃ dũtaxat mẽtionẽ fecerunt: de trino vz ⁊ de q̃rto ⁊ de sextili de oppositione ⁊ coniũctione pcipientes p̃ experiẽtias notabiles effectus in istis inferioribus cõtingere ex illis aspectibus nõ aũt cũ alij esset aspectus: q̃ obrem nihil de alijs aspectibus dixerunt.

¶ Tertio aũt dantur infinite relationes specie distincte in natura existẽtes ergo infinita sunt accidẽtia actualiter existentia specie distincta. Aũs pbatur. Primo datis duabus albedinibus sunt due similitudines quibus sil'es dicũtur: et cõstat q̃ sil'itudines ille sp̃e distinguntur ab albedinibus si sint dicende entitates respectiue ad mẽtẽ illorũ q̃ relationes ponũt ⁊ ille due similitudines sunt sil'es alijs similitudinibus sp̃e distictis ab illis: Nõ eim̃ sũt eiusdẽ speciei similitudo q̃ vna albedo est similis alteri ⁊ similitudo qua vna sil'itudo est alteri similitudini sil'is: et sic dicendũ de alijs sil'itudinibus q̃bus ille sunt similes. ⁊ sic sine statu ergo infinite sũt entitates respectiue quarũ vna nõ est eiusdẽz spẽi cũ alia.

¶ Item situs sũt infiniti sp̃e distincti igiẽ. Aũs pbatur q̃cunq̃ situs distinguitur specie a situ alio quacunq̃ diuersitate posita et ifinitis modis potest situs variari imo actualiter est infinitis modis situs variatus. Pz q̃ situs prime partis ꝓportionalis vni corpis pedalis nõ ẽ eiusdẽ spẽi cum situ scde nec cuiz situ tertie ⁊c. igitur.

¶ Itẽ de vbi potest idẽz dici. ¶ Respõdetur quicq̃d sit de aũte q̃ ꝓpositio scda superi posita cõtra quã argumẽta hec formãtur nõ intelligiẽ nisi de absolutis accidẽtib̃ Ad methaphisicũ aũt ptiet de entitate relationũ determiare vbi discusso an tales entitates poni debeãt dz discuti an ifinite tales sp̃e distincte entitates sint actualr q̃ obrẽ hic de his nihil amplius dr: nec formaẽ argumẽtũ de p̃ctis lineis ⁊ supficieb̃ q̃ si ponantur distincta a subiectis ⁊ alijs accẽtib̃ fm quãlibet dimẽsionẽ dmisibilib̃ infinita vtiq̃ sunt sz ad methaphisicã ptinet de illis ẽt discutere sicut ingerit dis ⁊ de alijs entitatib̃ in q̃tũ hmõi cũ sit de ente iquãtũ ens: nec q̃n tales entitates darenẽ ifinite eẽt ꝛcludẽdũ naturale agẽs eẽ ifinite ẽtutis cuz eim̃ nulla sit in ꝓductiõe taliũ entitatũ difficultas. nec respectiua entitas recipiat magis ⁊ minus: nõ argnit maiorẽ ẽtutez ples q̃ pauciores relatiões pducere. ¶ Et hec p̃ vltima parte per scrutationis de infinito sufficiant.

De entitate relationum ad metaphisicũ pertinet discutere.

Agenti naturali non ingerit difficultatem relationũ pductio.

Relatio nõ est intensibilis.

finitũ magnitudine vel multitudine vel intẽsiõe supnaturaliter ⁊ q̃n̄ haberetur q̃ non: vtrum diuine potentie subiaceat.

¶ Pro expositione primi ponuntur propositiones fundamentales.

¶ Prima est nõ est actu supernaturaliter aliquod infinitum magnitudine.

Scda ꝓpo nõ est actu supnaturaliter ifinita multitudo corporũ nõ ꝛstituẽtiũ vnum.

¶ Tertia ꝓpo nõ est actualiter existens aliq̃d accẽs corpale ifinite intẽsus supnaturalr.

¶ Quarta ꝓpo nõ est improbabile aliquod accẽs spũale infinite esse intensionis.

¶ Prima ꝓpo pz. nihil debemus supnaturalr assignare nisi vel expiẽtia vel ex fide vel reuelatiõe nobis cõstet sz nec expientia cognoscimus nec reuelationẽ habemus nec fide obligamur q̃ aliquod detur infinitum magnitudine actualiter existens. igitur. Eodẽ modo secũda ꝓpositio probatur similiter ⁊ tertia.

¶ Quarta aũt. si vera sit ex gratia anime xp̃i cui absq̃ mensura gratia data est veritas sortitur: si eim̃ sine aliquo incõuenienti admissa possibilitate infiniti supernaturaliter põt dici animã xp̃i gratiã habere infinitã similiter et beatitudinem magis cõsonũ videtur illud ratio nt q̃ oppositum quid tamen veritatis habeat ꝓpositio illa: inferius videbitur. ¶ Contra primã ꝓpositionem ⁊ contra secundam non arguitur: non quia patiuntur argumenta alicuius momẽti vel difficultatis patet intelligenti.

¶ Cõtra tertiã ꝓpõnẽ arguiẽ sic. albedo corporis xp̃i in sacramento altaris est infinite intẽsa. ergo supernaturaliter datur accidens infinite intensionis ¶ Antecedẽs ꝓbatur. si albedo pedalis intẽsa vt vnũ vniformis ad semipedalem reduceretur: posita penetratiue vna medietate albedinis cũ alia. euaderet albedo intensa vt duo: ⁊ si ad quartã pedalitatis intẽsa vt quattuor ⁊ si ad octauã intensã vt octo ⁊ sic ꝓportionabiliter. ergo si reduceretur ad indiuisibile esset infinita intensio sed ita est q̃ albedo corporis xp̃i in sacramento est ad indiuisibile reducta: cum sub quoliber puncto hostie consecratẽ sit totum corpus christi cum ꝓ suis accidentib̃ omnibus. igitur.

¶ Ad istud argumẽtũ. Est cõis solutio. Negãdo aũs. ⁊ ad ꝓbationẽ dato q̃ cõcedaẽ q̃ si albedo pedalis sic reduceret ad indiuisibile eẽt infinite intẽsa: Negaret q̃ ita fiat de albedie xp̃i sub specieb̃ sacramẽtalib̃ q̃nis eim̃ simul sint oẽs partes corporis xp̃i sub quolibet p̃cto hostie cõsecrate nõ tm̃ albedo est intẽsior in sacramẽto q̃ in celo. Causa est quia albedo vni parti inherens nõ constituit cum albedine alteri parti inherente intensiorem albedinem eo q̃ quelibet albedo partialis inest suo subiecto distincto a subiecto cui inest altera pars et ad hoc q̃ due albedines intensiorẽ constituant: oportet q̃ insint eidem adeque.

Possibilitate ifiniti admissa oue nienti est dicere aiaz xp̃i habere infinitã gratiam q̃ finitam.

De albedine xp̃i in sacramento.

Non est infinite intẽsa albedo corpis xp̃i sub sacramento.

¶ Cõtra istud aliq̃s argueret sic amoueat deus suũ corpus a spẽbus sacramentalib̃ relicta ibi sua albedine sicut prius erat (in hesione secluſa) iã ibi eẽt albedo ifinite intẽsa. ¶ Primo ad hoc dr q̃ q̃n̄ ita deus faceret nõ habeẽ nisi q̃ eẽt albedo infinite intẽsa: sz cũ nõ habeam̃ vm̃ dicam̃ deuz illud facere: nõ debem̃ dicere illud fieri: mõ ꝓpo tertia nõ sonat nõ posse esse supnaturaliter aliq̃d accidẽs corpale infinite intensuz: sz iã actualiter nõ eẽ. ¶ Scdo dr ab aliq̃bus q̃ adhuc in casu illo nõ eẽt albedo infinite intẽsa eo q̃ nõ ꝛstituũt albedines ptiũ corporis xp̃i ibi derelicte (albedinẽ intẽsiorẽ: nõ eim̃ sufficit (atiũ) ad intẽsionẽ albedis q̃ vna albedo penetratiue se habeat cum alia: sed q̃ sic se habentes vnã albedinẽ cõstituãt modo possibile est duas esse albedines penetratiue se habentes ⁊ eidez subiecto inherẽtes adequate adhuc ⁊ q̃ nõ constituant vnã deo suspendente vnionem.

¶ Sed cõtra hoc arguitur. due albedines apte nate sũt vnã itẽsiorẽ albedinẽ ꝛstituere ⁊ nihil aliũ req̃riẽ ad illũ vltra hoc q̃ penetratiue se habẽant: alias deẽ q̃d est illũ q̃ vnã albedinẽ ꝛstituũt. Et q̃n̄ diceres q̃ est vnio entitas respectiua distincta ab illis albedib̃ req̃sita ad hoc q̃ vnã intẽsiorẽ albedinẽ istituãt. Illũ nõ satisfaceret q̃: positis extremis relatiõis nõ põt poni relatio si sit itrinsec̃ adueniẽs: ⁊ si sic relatio 'extrinsec̃ adueniẽs positis extremis sicut req̃riẽ ad positionẽ illi̇ relatiõis nõ põt nõ poni relatio illa: hoc manifestũ est illis q̃ circa tales entitates insistũt. mõ cũ illa vnio sit itrinsec̃ adueniens relatio. si dicaẽ entitas distincta a reb̃ vnius ⁊ ad positionẽ talis relationis nõ req̃raẽ aliũ nisi q̃ ille albedines sic penetratiue se habeãt: relinq̃niẽ q̃ ꝛstituũt vnũ: ⁊ p̃ q̃ nõs ẽ ponẽdavnio illis sic se habẽtib̃ nec deẽ põt vnionẽ suspẽdere si ille albedies sic se habeãt: alias nõ deberet dari aliq̃ entitas respectiua intrisec̃ adueniẽs dicã eim̃ q̃ sicut deẽ põt nõ ꝛcurrere ad ꝓductionẽ talis relatiõis requiritur q̃ ita potest nõ ꝛcurrere ad ꝓductionẽ relatiõis itrinsec̃ adueniẽtis: ⁊ notũ est q̃ nõ dz min̄ necessariã dependẽtiã relatio extrisec̃ adueniẽs ex põne extrẽorũ tali mõ q̃liter req̃riẽ ad illã relationẽ quã relatio intrinsec̃ adueniẽs ex põne extremorũ simpliciter. ¶ Istud arg. videẽ apparẽter ꝛcludere q̃ albedo derelicta in casu eẽt ifinite inteusa fm illos qui illã esse alicuius intẽsionis dicũt. ¶ Et si dicas ex hoc sequi q̃ exñte corpe xp̃i sub spẽb̃ sacramẽtalib̃ eẽt albedo infinite intẽsa' q̃z albedines oim̃ ptiũ se haberẽt penetratiue ficut cuz essent ibi derelicte non existente corpore cui inhererent: Negaẽ sequela inherere eim̃ diuersis subiectis impedit constitutionem vnius albedinis: ⁊ per consequens intensionem.

¶ Sz forte dices ex hoc seq̃ deũ posse ĩpedire vnionẽ q̃n̄ albedies eẽnt ibi derelicte nõ herẽtes alicui. maioris eim̃ ẽtutis videtur deẽ eẽ ad ĩpediẽdã vnionẽ q̃ diuersis subiectis inherere. ¶ Item nõ esset iamvnio albedinũ relatio extrinsec̃ adueniẽs nec itrinsec̃ adueniẽs. ⁊ p̃ q̃ nõs non esset relatio. Secũdũ est manifestũ fm illos qui de relationib̃ istis loquũtur ⁊ q̃ nõ primum pz q̃ detur q̃ reliquanẽ ibi albedines sine subiecto iam fm dicta cõstituũt vnã albedinẽ infinite intẽsam. ⁊ per q̃ nõs ibi est vnio respectiua entitas: ⁊ sic sufficeret ad positionẽ talis vniõis albedines sic se habere. Sz hoc non. q̃ si illis nõ magis distãtibus ponaẽ corp̃ xp̃i sicut prius erat sub speciebus sacramentalib̃ ita q̃d illi corpori ille albedines inhererẽt non esset tunc vnio igitur.

Relatio intrinsec̃ ad uenies nõ posset ĩpediri extremis positis.

¶ Respondetur ad hoc q̃ q̃n̄ albedines inherẽt diuersis nõ sic se hãt qualiter opz ad cõstitutionẽ albedinis intẽsioris ⁊ ad talez sensum dictũ est q̃ diuersis subiectis inherere impedit vnionẽ ⁊ intẽsionẽ ⁊ ex hoc solum̃ vtrũq̃ argumẽtum. Vm̃ dicendũ est videẽ q̃ q̃n̄ vnũ corpus pedale eẽt albũ vt duo vniformiter ⁊ vna medietas illius pedalis ponereẽ penetratiue cum alia nõ esset albius nec albedo resultaret intẽsior: sz si illa penetratiõe facta corp̃ eius subiectũ corrũperetur (albedine dimissa) albedo eẽt intẽsior. Ex quo seq̃tur q̃ corrupto subiecto albedinis nulla alia variatiõe facta resultat intensior albedo.

¶ Sed cõtra predicta arguiẽ albedo pedalis intẽsa vt vnũ dato q̃ ad idiuisibilitatẽ mõ sup̃ adicto reducaẽ nõ erit infinite intensa: ergo nec albedo corpis xp̃i existẽs sub spẽb̃ sacramẽtalibus corpore xp̃i separato albedie ibidẽ derelicta. Cõsequẽtia tenet: ⁊ aũs pz ex dictis supius in tertio vbi de q̃litate idiuisibili mẽtio fiebat ibi demvideaẽ. Et pro nũc dr sicut ibi dicebaẽ nõ eẽ vez alicui intẽsiõis albedinẽ sic derelictã ꝓpter cãm ibidẽ assignatã. Sed q̃res quãte intẽsionis est albedo corporis xp̃i sub sacramẽto. ¶ Nõ stando in appellatiõe tãte intẽsionis est sicut in celo sed si nõ esset alibi dicerẽ illã esse nulli intensionis ⁊ sic de rigore logices ista esset cõcedenda albedo corporis xp̃i nõ est alicui intẽsionis sub sacramẽto. Et q̃z dicta in tertio cõferũt immo sufficiunt ad intelligentiã istorũ amplius nõ insisto.

Albedo ad indiuisibile reducta penetratione nõ ẽ alicui intẽsionis albedo corporis xp̃i sub sacramẽto nõ est alicuius intensiõis.

¶ Scdo arguitur supernaturaliter datur vel dabitur aliqua qualitas corporalis infinite intẽsa igitur. Aũs ꝓbatur erat aliq̃s calor infinite intẽsus supnaturaliter. Igitur ꝓbatur aũs supnaturaliter aliqui effect̃ cõtigerũt miraculo se q̃ potuerũt vtute caloris infiniti ꝓduci ergo calor infinit̃ cõcurrebat ad ꝓductionẽ eorũ ꝓbaẽ q̃ũs. Deus q̃nis se solo effect̃ ꝓducere posset: si cause aliq̃ sint possibiles q̃ possent ad ꝓductionem illorum effectuũ ꝛcurrere vult causas illas actiuitatẽ in ꝓductiõe taliũ effectuũ habere hoc liquet. cũ eim̃ posset deus lumẽ eiusdẽ spẽi cũ lumine a sole ꝓducto (quo mũdus eodẽ mõ sic vt nũc illuminaretur) ꝓducere voluit tm̃ solẽ cũ ipso ad ꝓductionẽ luminis cõcurrere ⁊ idem de alijs effectib̃ naturalibus ab alijs causis procedentibus est dicendũ. Ergo si sit possibilis calor infinitus ex quo potuisset ꝓduci aliquis effect̃ dicendum est q̃ si talis effect̃ fuit vel est vel erit q̃ deẽ voluit vult vel volet talem effectũ a calore infinito ꝓduci. ¶ Sed forte dices tunc effectus illis

Deus vult causas secũdas ad effectus cõcurrere q̃ũis sine illis possunt ab eo ꝓduci.

le nō fuisset miraculosus. ¶ Hoc nō tollit apparētia argumēti q: miraculū solueret in productione infiniti. Sed forte dices nō inuenit ꝓ aliquis effectus miraculosus cōtigisset ad cuius ꝓductionem infinitus calor ocurrere potuisset.

¶ Contra illud ostenditur primo in resuscitatione mortuorū calor naturalis requirebat quo vitalis spiritus reuiuiscerēt ⁊ cū fuit illa mortuorū suscitatio instātanee facta requirebatur agēs infinite ꝑutis cuz ex ꝑte cadaueris esset resistētia ergo calor infinitus potuisset habere actiuitatē ad ꝓductionem calorīs viuificatis. ¶ Forte dices ꝓ calor ille infinitus ꝓduxisset calorē infinitū ⁊ improportionatuz humane complexioni.

¶ Cōtra potuisset deus suspēdere actiuitatē ita ꝓ nō ocurrisset cū illo calore nisi ad ꝓductionē calorīs cōueniētis. Itē terra miraculose subito fuit apta qñ coze datan ⁊ abiron fuerūt absorti: ⁊ hoc potuit fieri actione calorīs infiniti cū calor apertionis terre sit cā igr. ¶ Forte dices ꝓ fitūc fuisset infinit⁹ in aere cuius actione terra subito fuit aperta consumpsisset calor ille omnia alia calore consumptibilia.

¶ Cōtra potuisset de non concurrere cū illo ad alias actiones. Item frigiditas infinita potuit concurrere ad reuniōnē partiuz terre que fuit etiā subito facta postꝗ illi fuerunt absorti: cum frigiditas sit cā restrictionis porozuz terre et animātū: sicut aptionis est causa calor multa alia exēpla possent adduci in quibus qualitates alterius speciei infinite intense potuerunt actiuitatem habere.

¶ Respondetur negādo antecedens et ad ꝓbationē admittit ꝓ vbi deus posset se solo effect⁹ ꝓducere vult causas alias naturales in ꝓductione illorū actiuitatē habere illud est manifestū de effectib⁹ naturalibus: manifestū inq̄ cuilibet fideli: sz de effectib⁹ miracl⁹osis exēplis multis sacri eloquij ostēdi potest. ¶ Primo quādo mare rubrū sicco pede filij israel trāsierunt. ꝗuis deus se solo potuit aquā sic disponere volūit tū ꝓ vētus ocurreret vehemēs. Unde. Exodi quartodecimo haberur cū ꝓ extendisset moyses manū super mare abstulit illud dōs flante vento vehementi ⁊ currente tota nocte ⁊ vertit ī siccū ꝗuis. Nicola⁹ delira dicit sic sup illū passum: nō est intelligēdum ꝓ ille ventus diuiserit mare sz dōs potius diuisit. Uēt⁹ tū ille fundu z maris discoperū aq̄ deficcauit vt filij israel mūdius ⁊ suauius incederent. Sed sz verū sit ꝓ vētus ille non suffecisset ad diuidendum mare nisi deus etiam miraculose concurrisset cum illo: cum ventus ille potuisset habere aliquā actiuitatem quo ad diuisionem aque ⁊ illud videatur textus sonare: nescio quare nō potest dici ventum illum ad diuisionem aque cōcurrisse: nec miraculum aufertur nec diminuit. quia ventus ille talis non potuisset esse naturaliter: nec sufficisset ad diuidendu z aquā concursu gratiali dei. ¶ Insuper sufficit ꝓ miraculū fuit fundū maris deficcari ⁊ de⁹ voluit ꝓ flāte vēto deficcaret.

Ventū fundu z maris rubri desiccauit.

Insuper aque marath amare dulces facte sunt: cū misisset moyses lignū quod ostendit ei dōs vt habet exo. xv. ad quarū quidē aquaruz dulcedinem videt ꝓ lignū illud concurrisset alias superuacaneū videretur lignū proijcere in illas aquas: nisi forte diceret ꝓ misteriū magnū ligni crucis nostri redēptoris ibi figurabatur vt inter linealis glosa ibidē innuit. Sed ꝓ lignum habuisset virtutē inducēdi dulcedinē. pz ꝑ illud ecclesiastici. xxxviij. Nōne a ligno indulcata est aqua. Et sic ꝗuis fuit miraculū ꝓ aque dulcorate essent: voluit deus ad dulcedinem illarum lignum concurrere. ¶ Itez ꝗuis miraculose mozbū euasit ezechias vt hz ¦esaie trigesimo octauo iussit tū esaias vt tollerēt massam de ficis ⁊ cataplasmarēt supra vuln⁹ eius ⁊ sanaret. ꝗuis aliqui dicūt ꝓ emplastrū illō erat pot⁹ aggrauatiuū ifirmitatis ꝗ curatiuū ⁊ ꝓ iussit illō ꝓpheta apponi vt sanatio mirabilior appareret sicut ꝓcepit helias aquā iponi sup sacrificiū vt habet. iij. regū ca. Decimooctauo. vt mai⁹ miraculū appareret cū ignis de celo descēderet. Unde ibid habet cecidit aūt ignis dōi vorauit olocaustū ⁊ ligna ⁊ lapides pulueré quoꝗ et aqnā q̄ erat in aque ductu lābēs. Sz licet illā impositionē aque ¦ illū finez helyas iussisset fieri nō est mihi verisimile ꝓ esayas in talē finē iussisset impōnere ficus: nec ego scio vnde cognouerit naturaz infirmitatis regis ezechie illi q̄ dicūt illō emplastruz esse illius infirmitatis ex sua natura aggrauatiuum: fateor tū ꝓ potuit ita esse vt ꝓpheta ostenderet ꝓ non euaderet morbum via naturali.

Lignū quo aqua marath dulces facte sunt misterium ligni crucis figurabat.

De emplastro vulneri ezechie applicato

¶ Rursus eclipsis solis que xpo in cruce pēdēte cōtigit ꝑter ordinē nature ꝓm beatum dionysiū partim saltē accidit ex miraculosa positione lune inter solē ⁊ nostrū aspectū. Miraculosa dz ꝓ tūc pleniluniū ⁊ nō oppositionis erat tēpus: qñ luna interponi solet. Unde ipse diuin⁹ doctor. ad policarpū epm scribēs loquēs de appollophane sophista qui in policarpū cōuicia intorquebat circa ea que ad xpianoz attinēt vitatem ait. Quid de eo qui tpe crucis dōnice fact⁹ est solis defectu est dictu⁹. eram⁹ tūc ābo apd helio polim amboq̄z simul insidentē mirabiliter soli lune globū notabam⁹. Nō em eiusdē oppositionis aderat tēpus ipsazꝗ rursus ab hora nona adveperaz ad solis dyametrū supra nature vires restitutam. In memoriā autem illius reuoca ⁊ aliud quidē. Nēpe em (vt ipse ¦appolophanes non ignorat) eā lune incidentiam ab oriente cepisse ⁊ vsqz ad solares radios peruenisse ac tūc demū redisse notauimus. Neqz vero eadē ex parte vt a sole ⁊ incidētia illa ⁊ repurgatio facta est. Sz ex aduerso dyametri. ¶ Hec dyonisius. ¶ Ex quibus liquet ꝓ ꝗuis sine illa interpositiōe mirabili potuisset sol eclipsari (deo fuspēdente irradiationē) lūa fuit interposita. Et ꝑ dōs habet ꝓ vbi cā aliqua scda ad effectū aliquē miraculosuz cōcurrere pōt: effectus ille accidit causa scda cōcurrēte. In quo plurimū ꝓfecto bonitas diuina relucet. ¶ Sed forte dices ad illud quod de eclipsi dōnice passionis dicebatur lunā non sufficere

Dionysij ꝗba de eclipsi passionis xpi.

ad totū solez eclipsandū: sic ꝓ ad nullam partez terre radij solares peruenianꝗ eo ꝓ luna ⁊ sole et terra est minor. Et cum tunc fuerint tenebre super vniuersam terraz: nō videtur ꝓ luna fuisset causa tante obscurationis.

¶ Istud si tibi videtur propositū infringere: Nō mihi: sz beato dionysio objicias. ¶ Pōt tū dici ꝓ illa pars terre que potuit lumine solis priuari interpositione lune: carnitradijs solarib⁹ luna impedīte irradiationez. Residuū aūt obtenebratū fuit deo illuminationē impedīte. Unde in ꝓsona nr̄i redēptoris psalmista dixisse videt. Obumbrasti sup caput meuz in die belli.

Psalmista de eclipsi passionis xpi.

¶ Ex multis alijs ostendi posset ad miracula frequēter causam scdam cōcurrere: sed redeundo ad soluēdū argumētuz dicitur ꝓ ꝓpter miracula que contigerūt non oportet dicere calorem aliquez fuisse infinitū vel aliquā aliā infinite intensionis qualitatem.

¶ Pro quo sciēdū est ꝓ quādo ea q̄ miraculose accidūt possunt pauciorib⁹ miraculis saluari: cōueniēt⁹ est paucioza ꝓ plura assignare miracula. ¶ Unde si calor infinit⁹ cōcurrisset ad qualificandū materiā cadaueris alicui⁹ miraculose suscitati: debuissent poni multa miracula ¶ Primū ꝓductio illi⁹ calorīs infiniti. ¶ Scōm. Impedimētū ꝓductionis effect⁹ infinite intēsi ab illo ꝓducibilis. ¶ Tertiū illi⁹ calorīs infiniti annihilatio post ꝓductionē calorīs viuificatiui. ¶ Quartum defuncti suscitatio. Sed nō ꝓducto infinito calore nō opus esset ad suscitationē mortui tot miraculis. Proportionabiliter dicendum est de miraculo apertionis terre.

nō sunt ponēda plura miracula si ea q̄ cōtingūt paucioribus saluari possunt.

¶ Sed cōtra pōt argui. Ex illo sequitur ꝓ nō debuisset ignis desup descēdere ad consumendū sacrificiū helie de quo fiebat pauloante mentio. Patet sequela qñ poterat diuina virtute nō ocurrēte igne sacrificiuz cōsumi. ¶ Itē seq̄tur ꝓ non debebat luna ponī inter aspectum nostrū ⁊ solem tempore passionis xpi ꝓbatur sequela plura fuerunt ibi miracula ꝓ requirebātur vt terra solis lumine ꝓuinaretur: qñ si deus non cōcurrisset cū sole ad illuminādū fuissent tenebre sicut fuerunt luna non interposita.

¶ Respondetur negādo sequelā qñ helias cū sacerdotib⁹ baal ꝗtēdebat: ⁊ cōuenerūt in hoc qd si sacerdotib⁹ idolorū baal: deprecātibus ignis desup descēderet: baal crederet de⁹. Et si deꝗcante helya illud fieret. Quem helyā deus ꝑdicabat ipsi deū esse fateretur. Oportuit ergo vt ignē de sup mitteret de⁹ non ꝑcise vt sacrificiū consumeretur: sed vt ꝑtas quā helyas ostēdere nitebatur/manifestaretur. ¶ Ad aliud de interpositiōe lune dicēduz esse videt (sub correctione) q̄ ꝓcise obscuratiōe solis aliqua mysteria passionis xpi voluisset de⁹ repsentari: sufficiebat qd suspēdisset solis irradiationē: sz interpositiōe lune mysteria magna repsentabātur signāter habēdo cōsiderationem ad motum quo luna: tūc fuit mota videlz. A pūcto oppositionis qñ prorsus e regione solis collocata tota illustrabatur ad pūctuz cōiunctionis perpēdiculariter sub sole vbi ⁊ solis irradiationē impediebat ⁊ ipsa quo ad ꝓtez nr̄o aspectui obiectā luce priuabatur. Et trib⁹ horis elapsis ad oppositionis locū est reuersa: qd Dionysius sub his ꝗbus (vt supius dictū est) dixit ipsamꝗ rursus ab hora nona ad vesperā ad solis dyametrū sup: a natura vires restituntam. Hec aūt plena esse mysteriis: nemo qui ꝓfunde intelligere pōt ambigere debet: que aūt sint mysteria illa non est meū hic ostēdere. Forte illo illuminātē qui tūc patiebatur alibi de illis ꝓtractabo.

Mysteria magna eclipsis passionis xpi sentauit.

¶ Scdo dicitur ꝓ qñ dicebat nō esse ponēda plura miracula est intelligēdum vbi nō cōstat de pluralitate miraculoꝝ: sed vbi miracula sunt manifesta vellemus nollem⁹ ponēda sunt. Plura de his dicerem nisi q: limites naturalis philosophie trascendunt.

¶ Cōtra quartā ꝓpositionē qua diceba tur nō esse ꝓbabile ēlitatem aliquā spūalem infinitā supnaturale actu esse vez grām aie xpi ⁊ eī bītudinez. ¶ Arguitur sic supuacanee aia xpi tā intēsam grām habuisset: igit. aīs ꝓbatur vel aia xpi habuit vel hz actum ꝑcise finite intēsum vel infinite. si primum cū suffecisset ad illū grā finita supuacaneū fuit ei infinitā oferre. si scōm. Arguitur sic vel deus concurrebat cū aia xpi ⁊ grā finite vel infinite. si scōm supfluū erat tā intēsam grām hre: qñ infinit⁹ ocursus dei ad actū infinitū sufficiebat. primū dici nō dz. sup⁹ eīm dictū est ⁊ sufficiēter ꝓbatū deū cum cā scda maioris vigoris magis ocurrere ꝓ cū cā minoris ꝗtis: ꝗobrez dicebat ꝓ si virt⁹ cause scde in ꝓ poetiōe dupla fiat maior de⁹ in duplo plus cum ipsa cōcurret: alꝑs nō oporteret ꝓ dupl⁹ effectus ex dupla ꝗtute cause scde resultaret/cui⁹ oppōi experiētia ostēdit: igit cuz cā scda infinita infinite ocurret nisi ei⁹ actiuitatē suspēderet ⁊ ꝑ oīs sequtur ꝓ ad ꝓductionē act⁹ infiniti nō op⁹ erat xpi aiam grām infinitā hre: qñ grā ꝑcise finita quocūq̄ conatu aie xpi posito cōcursu infinito dei act⁹ infinite intēsus esset ꝓduct⁹. ¶ Et cōfirmatur capacitas aie xpi erat finita: ergo actu infinito nō poterat immutari. ¶ Forte dices vt dici solet ꝓ capacitas ei⁹ passiua est infinita ⁊ poterat passiue imutari infinita qualitate ⁊ actiue poterat infinito actu immutari: ꝗuis capacitas eius actiua esset finita ꝓpter suuamen infinitū proueniens ex infinita gratia.

Cū maiore cā de⁹ plus cōcurrit ꝗ cū minore.

¶ Cōtra hoc arguitur sic nō potest aia infinite ferri in obiectū ergo nō pōt actu infinito immutari oīa claret: q: intensiori actu intensius fertur. Et aīs ꝓbatur si volūtas xpi in aliquod obiectū posset in infinitū ferri sequeretur ꝓ posset tūc cognoscere ⁊ diligere illud obiectū sicut deus qd nō videtur esse cōcedendū.

Cōtētio helie cū sacerdotib⁹ baal

¶ Ad primū rīdetur negādo aīs ⁊ ad ꝓbationē dz ꝓ actū infinitū aia xpi habuit ⁊ cū q̄ritur de ocursu dei cū gratia eidē collata dicitur ꝓ cōcurrebat finite ⁊ ad impugnationem illius dz breuiter: ꝓ cū naturalibus agentibus deus voluntarie concurrit et ꝗuis regulariter ita con-

Finite concurrebat de⁹ cū aia

xpi ad bonos actus. libere concurrit deus.

tingat qd cũ dupla virtute creata in duplũ magis cõcurrat nõ necessitat de ad illũ ꝓsuz põt eim cõcurrere min⁹ ⁊ magis: ⁊ sic cũ infinita gratia aie xpi finite cõcurrebat vt tota gratia actiuitatẽ haberet in productione actus.

¶ Ad cõfirmationẽ dicitur vt dici solet: ꝙ iunamine infinito potuit hr̃e aia xpi actũ infinitũ ab ea ꝓductũ ⁊ ad illud qd dicebat ꝙ non posset vez ferri in obiectũ infinite: negat si ferri in obiectũ sit ipm cognoscere vel ipsum velle et ferri infinite sit cognoscere ipsum cognitione infinita vel velle volitione infinita cũ quo stat ꝙ deus perfectior modo ipsum cognoscat.

¶ Sed cõtra hoc arguitur sic supponendo ꝙ meritũ actus ex conatu attẽdatur conatus aie xpi est finit⁹ ergo nõ põt actus magis meritorius ꝙ sit actus ꝓduct⁹ summo conatu anime xpi. ¶ Sed talis conat⁹ esset finitus: ergo supuacanee hr̃et grãz infinite intẽsaz. pz ꝛõna qm̃ act⁹ infinitus nõ esset laudabilior in aia xpi ꝙ actus finitus summo conatu possibili productus.

¶ Respondetur admissa suppositiõe cõcessa finitate conatus aie xpi: ⁊ ꝙ actus finitus summo conatu ꝓductus esset tam meritorius: ceteris paribus ⁊ tã laudabilis sicut actus infinitus: ſz ex hoc nõ habetur qd superuacanee fuisset infinita gratia collata. tum primo qꝛ volũtas facilius apponit conatũ ex gratia ꝙ fine gratia: tum scdo qꝛ qm̃ nõ haberetur maiꝰ meritũ ex intensiore actu habebitur tm̃ actus infinitus.

Actus finit⁹ summo conatu ꝓductus est ꝛz meritorij⁹ sicut infinitus ceteris paribus.

